

DE  
GVARANTIA  
PACTORVM FOEDERVMVE  
RELIGIONIS ERGO PERCVSSORVM

EXERCITATIO

P R A E S I D E

IO. CHRISTOPH. WILH. STECKIO

IVRECONSVLTO ANTECESSORE

AD DISCEPTANDVM PVBLICE PROPOSITA

AB


HENRICO IAC. HOHDAHL

HAMMONA - GVESTPHALO.



IN REGIA FRIDERICIANA

D. XXXI. MARTII MDCC LVI.



HALAE MAGDEB.

EX OFFICINA GEBAVERIANA.

9966 049

INSTITUT GYARAKALMAY  
PACTORYM TOEORVM  
DIPLOMIS ERGO ERCTORYM

EXERCITATIO  
P R A E S I D I I  
IN CHIRURGIA WILHELMO

AD HONORANDUM VIRI DOCTISSIMI

FRANCISCI WILHELMI  
MAGISTRI CHIRURGIAE

FRANCISCI WILHELMI  
MAGISTRI CHIRURGIAE

V I R O  
ILLVSTRI ATQVE EXCELLENTISSIMO  
D O M I N O  
DIDERICO GERH. FRIDERICO  
SVDTHAVSEN

AVGVSTISSIMO BORVSSORVM REGI A CONSILIIIS BELLICIS  
AC DOMANIALIBVS

TRACTVS HAMMONENSIS  
SVMMO PRAEFECTO  
DOMINO HAEREDITARIO IN GOY  
NASSAVERHOFF, RELIQVA

MAECENATI ATQVE PATRONO  
INDVLGENTISSIMO.

NEC NON  
V I R O  
EXCELLENTISSIMO, AMPLISSIMO  
D O M I N O  
P E T R O S I L B E R B E R G

CIVITATIS ELVERFELDENSIS IVDICI AC CONSVLI

P A T R V O E T F A V T O R I S V O

OMNI OBSERVANTIAE CVLTV

PROSEQVENDO

VT ET  
V I R O  
CONSULTISSIMO AC DOCTISSIMO  
D O M I N O  
P E T R O G R V B E

CIVITATIS HAMMONENSIS SECRETARIO, FIDE AC  
INDUSTRIA MERITISSIMO

AVUNCULO ET FAVORI SVO  
IN AEVVM COLENDO

HAS IN IVRIS PRVDENTIA PRIMITIAS  
CVM VOTO OMNIGENAE FELICITATIS  
EA QVA PAR EST OBSERVANTIA

OFFERT  
ET SE SVAQVE STVDIA VLTERIORI PATROCINIO  
COMMENDAT

TANTORVM VIRORVM


CULTOR OBSERVANTISSIMVS

HENRICVS IACOBVS HOHDAHL

I. V. C.



DE  
GVARANTIA  
FOEDERVM, PACTORVMVE  
RELIGIONIS ERGO PERCVSSORVM  
EXERCITATIO.



C A P. I.

IN QVO

DE FOEDERIBVS PACTISQVE RELIGIONIS  
ERGO PERCVSSIS GENERATIM EXPONITVR.

§. I.

RATIO ET ORDO DISPVATIONIS.



De guarantia foederum pactorumue religionis ergo percussorum commentaturus, ita existimaui disputationem partiendam esse, vt primum de conuentionibus tum inter gentes; tum inter ciues quoque et imperantes Sacrorum caussa inuis generatim exponerem; deinde vero indolem et naturam sponsonis eiusmodi fideiussoriae explicarem <sup>1)</sup>.

A 3

1) Nolim

## VI DE FOEDERIBVS PACTISQVE

- 1) Nolim arbitreris vulgarem heic de Guarantia foederum et sponfore pacis doctrinam iri recoctum. Satis cultum videtur istud argumentum ab HENRICO DE COCCEII diff. de *Guarantia Pacis*. Vol. I. *Diff. Academ.* 4. 1722. edit. et VLTRICO OBRECHTO diff. de *sponfore Pacis*: inter Opulc. 1704. 4. vulgata. Nos ea modo de sponfione disputabimus, qua conuentionibus sacrorum ergo percussis fides roburque solent conciliari. Confestim ergo praeuidebis, animum inprimis esse, eam vindicandi Guarantiam, qua Corpus Euangelicorum pacta religionis inter imperantes diuersis sacris addictos, horumue prouinciales ordines icta tueri solet et confirmare. Non sine admiratione percipies, eam facultatem saepius ab aula Caesaris fuisse proceribus purioris doctrinae denegatam. Credidi igitur eam a Iuris publici interprete Euangelico Corpori adferendam esse.
- 2) Lubens abstinuisssem barbara voce, si purius Latium suppeditasset aptiorem. *Fide iussionis et sponfionis* non est is significatus, vt Guarantiae notionem satis exprimat. *Sponfio* inprimis ambiguam habet acceptionem. Nam modo omnem denotat stipulationem ac promissionem; IO. MATH. GESNER *Thef. Ling. et erud. Rom.* Tom. IV. voc. sponfio. Col. 332. Modo eam significat pactiorem, quam summae potestatis ministri sine iussu eius et mandato ac rati habitione cum populo alio percusserunt. HVG. GROTIUS de *Iure Belli ac Pacis* L. II. C. XV. §. III. p. 468. ISR. GOTTL. CANZ *Iur. Gent. Vniu.* P. I. C. IV. §. 3392. *Disc. Mor.* IV. T. II. p. 1052. Malui igitur parum latine, quam minus accurate ambigueque in re ardua Romanisque ignota scribere; recte hanc cautionem inculcante CORN. VAN BYNCKERSHOECK *Quaest. Iur. publ.* L. I. C. XXIV. Tom. V. Op. p. 171.

### §. II.

#### FOEDERA RELIGIONIS INTER POPVLOS.

Ordiamur ergo ab illis foederibus, quae sacrorum ergo inter populos panguntur. Equidem religionis negotia Gentibus inter se vix intercedere videntur<sup>1)</sup>. Parui enim gentis interest, quis alii populi de diuinitate opinionibus imbuti sint, et quo more rituque suos venerentur deos, colantue religionem<sup>2)</sup>. Verum enim vero postquam foedum religionis odium mortales agitare, et peregrina religio sperni, contemni, et destabilis esse coepit: sacra saepius belli causam, largamque paciscendi materiam praebuerunt. Quisque nimirum populus suam tueri, propagare,  
et

et cum aliis communicare gentibus studet gestitque religionem. Idque alii populi bello armisque, alii vero foederibus efficere conati sunt. Bellorum eiusmodi religionis obtrudendae causa gestorum semper honestiores puduit populos<sup>2)</sup>. Foederibus mitius humaniusque aliis visum religionis promouendae medium inesse. Varia solet esse eiusmodi pactorum ratio. Pleraque ad religionem vel tuendam, vel propagandam faciunt. Etenim. I. vel religionis sibi mutuam populi stipulantur libertatem; Vel. II. Populus gentem sibi alteram obstringit, vt ipsius in sua republica religionem toleret, colique permittat. Vel III. Gens quaedam alteri promittit, se in prouincia armis subacta et occupata religionem auitam factam esse et saluam conseruaturam. Vel IV. Populus in pacis foedere hostem adigit, vt ipsi polliceatur, se in locis, castris ac ciuitatibus redhibendis sacra a se inuecta retenturum fore. Vel V. denique subditis alius populi religionis ergo oppressis, per eiusmodi foedera auxilium fertur, sacrorumque fociis succurritur. Enarrauimus palmaria foederum religiosorum genera. Nunc exempla quoque trademus.

- 1) Religio gentis ab illius arbitrio pendula est. Summa, qua gentes inter se vtuntur, libertas imprimis circa sacrorum sese exserit cultum. Omnem vim, omneque imperium ius gentium religionis intuitu respuit. GERR. NOODT Orat. de Religione iure Gentium ab imperio libera. Tom. II. Op. omn. ILL. CHRIST. MATH. PFAFFIUS Erläuterung des allgemeinen, und Protest. deutschen Staats Kirchen Rechts. I. Th. 4. Cap. Von dem Recht der Völker unter sich in pto Religionis p. 78.
- 2) Vesano hoc religionis odio hodie plerasque gentes animaduertimus infectas esse. Aegyptiis istud facete exprobrat IUVENALIS Satyr. XV. Vers. XXXIV. sq. Hi Iudaeis istud videntur inspirauisse, qui quippe omnem peregrinam cane peius et angue fugiebant religionem, omnemque alium Dei colendi morem vehementer detestati sunt. C. CORNEL. TACITVS in Hist. L. V. Cap. 5. p. m. 380. Ed. IO. AVG. ERNESTI. Tom. II. vbi perhibet, Iudaeos omnes peregrinae religionis cultores odio hostili fuisse persecutos. Aequiores fuerunt prudentioresque Romani, Graeci Persaeque, quos fere immunes expertesque huius labis dixeris. Etenim hi suos quique  
auito

anito more deos colebant, suaque prisco ritu faciebant sacra. Verum non aegre ferebant, alios iterum ab aliis Gentibus deos coli, aliamque religionem a peregrinis exerceri. Deorum quippe iniurias diis curae, hosque vituros esse existimabant, ne sua sacra poluantur c. CORN. TACITVS *Annal.* L. I. Cap. 73. fin. Tom. I. p. m. 109. CORN. VAN BYNCKERSHOECK *Opusc. de Cultu Religionis peregrinae apud veteres Romanos.* Diff. II. p. 242. sq. Op. omn. Tom. III.

- 3) Miror acutissimum virum FRANC. BACONEM de VERVLAMIO: de bello sacro contra infideles: Oper omn. p. 1304. iniusta aequae ac stolidae religionis bella defendisse. Religionem suam armis defendere et tueri, non propagare et obtrudere fas est. IO. FRANC. BVDDEVS *Exerc. de Exped. Cruciat. §. VII. VIII. Select. Jur. Nat. et Gent.* p. 105. sq. D. CHRIST. MATH. PFAFFIVS in *der Erl. des Kirchenrechts* x. P. I. Cap. IV. §. 6. 7. p. 84 sq.

## §. III.

## EXEMPLA FOEDERVM CIRCA RELIGIONEM PERCVSSORVM.

Primum igitur foederis eiusmodi genus hoc est, cum populi sibi mutuam religionis libertatem stipulantur. Pangi inprimis illud solet inter gentes ciuili Systematis nexu coniunctas. Sic *Prouinciae foederati Belgii* in celebri illa *Conuentione Ultraiectina* cauerunt, vt singulae, sacrorum ratione, sui iuris manerent, et incolume seruarent religionis arbitrium<sup>1)</sup>. Ita *Pax Osnabrugensis*, quam Deus perennem iubeat esse, omnem sacrorum in Germania statum definit stabilitque. Quis vero ambigat, illam foedus esse circa Religionem inter Gentes Germanico Systemati adstrictas percussam<sup>2)</sup>? Altera foederis eiusmodi circa religionem icti species ea videtur, cum populus sibi ab altera ciuitate stipulatur, vt ipsius religionem coli permittat toleretue; vt subditis ac ciuibus, sacrorum illius focis, liberum concedatur religionis exercitium, vel domi saltim sacra colere liceat. Hac ratione in *Tractatu Velauensi Artic. XVI.* cautum, vt incolis ducatus Borussiae Catholicae religioni adiectis, libere indultum sit sacra peragere sua. Sacrorum  
fimi-



similiter in Liuonia ratio constituta in *Pace Oliuensi Art. IX.* ). Luculentum in primis huius foederis exemplum praebet Pax incluta *Alt-Ranstadiensis A. MCCVII* inter *Iosephum Imperatorem*, et *Carolus XII. Regem Sueciae* inita. Ibi enim Carolus, inuicti animi Princeps, puriori in Silesia doctrinae egregie consuluit. Etenim Art. I. §. I. sancitur, vt Pacis Osnabrugensis circa euangelicam in Silesia religionem cautio sancte feruetur. Deinde Art. I. §. II. conuentum, vt Euangelicis Scholas templis suis iunctas, ad erudiendam iuuentutem habere, iisque doctores atque magistros praeficere liceret. Art. I. §. III. Illis quoque queis publicum religionis exercitium non est indultum, conscientiae libertatem vindicat <sup>4)</sup>. Tertius foederis religiosi modus ille solet esse, vt religio auita in regione occupata armisque subacta feruetur facta atque incolumis. Ita Rex Galliae in *Pace Monasteriensi* spondet, sese religionem Catholicam in Alsatia et Sundgouia ipsi concessa saluam fore seruaturum Art. X. §. 75. <sup>5)</sup>. Denique ea etiam ratione circa religionem inter Gentes panguntur foedera, vt sibi pars victrix stipuletur, religionem in castris, vrbibus, locisque redhibendis, occupationis tempore inuectam, retentum iri. Sic Rex Galliae Ludouicus XIV. in *Pacis Rysuicensis* Artic. IV. fin. cauit, vt religio in locis restitutis in statu, quo tunc erat, permaneret <sup>6)</sup>.

1) Foederis illius, omnisque in foederato Belgio religionis rationem egregie exponit CORNEL. VAN BYNCKERSHOECK in *Quaest. Iur. publ.* L. II. Cap. XVIII. Tom. V. p. 316. sq.

2) Proceres Imperii religionis intuitu ceu liberae Gentes considerari debent: Pacem igitur Westphalicam non modo ceu vnius reipublicae Cives, verum tamquam Gentes populi que liberi percussisse mihi videntur.

3) Illa Conuentionis *Velauensis* et *Pacis Oliuensis* Capita enarrat, explicatque eleganter Mr. L'ABBE' MABLY: *Droit public de l'Europe fonde sur les traites conclus depuis la Paix de Westphalie.* Tom. I. Ch. II. p. 97. Ed. de Mr. ROUSSET.

4) Pacis ALT-RANSTADIENSIS tabulas in nucleo exhibet Idem MABLY dans le *Droit publ. de l'Europe* Tom. II. Ch. 5. p. 162.

- 5) INSTRVM. PACIS MONASTERIENSIS Art. IX. §. 75: *Sit tamen Rex obligatus in eis omnibus et singulis locis Catholicam obseruare religionem, quemadmodum sub Austriacis Principibus conseruata fuit, omnesque, quae durante hoc bello irrepserunt nouitates remouere.* *Affenneueste und vollständige Saml. der Reichs-Abschiede. Tom. III. p. 614. MABLY au droit public de l'Europe. Tom. I. Ch. I. p. 18.*
- 6) INSTRVM. PAC. RYSVICENSIS. Art. IV. fin: *Religione tamen Catholica Romana in locis sic restitutis, in statu, quo nunc est, remanente.* *Saml. der Reichs-Abschiede. Tom. IV. p. 165. MABLY Droit public de l'Europe. Tom. I. Ch. V. p. 212. sq. ILLVST. IO. IAC. MOSER Bericht von der so berühmte, als fatalen Clausul Art. IV. Pac. Rysuicensis. 1732. 4.*

## §. IV.

## PACTA RELIGIONIS CIVILIA.

Religioni inprimis consuli solet per pacta inter reipublicae moderatorem ciuesque percutienda. Equidem integrum esse cuius cui existimo, sacra colere, quae ipsi arrident. Certe summa potestas eam ciuium libertatem coërcere nequit aut impedire. Huius modo est cauere, ne religio reipublicae exitiosa inualescat <sup>1)</sup>. Sed conuentionibus ista tolerandi necessitas vel stabiliri, vel circumscribi solet. Etenim Ciues sibi stipulari possunt, vt imperans omne diuini cultus toleret genus; possunt vero eundem quoque obstringere, vt certas modo in ciuitate coli patiatur religiones. Sic religionum tolerantia pactitiis circumscribitur limitibus <sup>2)</sup>. Ita singuli ciues paciscuntur de religione cum ciuitatis rectore. Sed contemplandae etiam sunt conuentiones, quas societates religionis ergo coëuntes, seu sacri coetus cum Imperante pangunt. Omnis societas in republica efflorescens Imperio summo subest. Non est igitur ambigendum, sacros quoque coetus summae potestati esse subiectos. Prouidet nimirum imperans ne in perniciem ciuitatis vergant religiosae coitiones, efficitque sua auctoritate, vt eiusmodi coetus pacati sint atque tranquilli, suumque scopum assequantur. Caeterum sacris eiusmodi coetibus saluum manet sese dirigendi arbitrium.

Ne

Ne vero imperantis in ecclesiam potestas iusto latius extendatur, eique portendat seruitutem, pactitiis illa limitibus circumscribi solet. Similiter: quo minus ecclesia scopo excidat, iurgisque et turbis agitetur, pactis itidem cauere optime potest. Facile igitur perspicitur, duo imprimis esse eiusmodi pactorum genera, vnum, quo summae potestatis in ecclesiam iura suis includuntur limitibus, alterum, quo ipsi coetus sacri moderamen regimenque sui vel prorsus delegant principi ac imperanti; vel certas saltem eius partes eidem concedunt<sup>2)</sup>. Quodsi ecclesia collegialia sua, quae vocant iura, horumque administrationem in imperantem penitus transtulit: pacta quoque modum legemque dabunt illa exercendi.

1) Cuius cui suo more deum licet colere. Istud religionis arbitrium ex libertate naturali residuum est, quo ciuili societas eum non potuit priuare. Modo igitur colat religionem ciuitatis rationibus congruam, ab imperante non est interpellandus. IVST. HENN. BOEHMERVS, aeternum Fridericianae decus: *Introd. ad Ius Publ. Vniu.* P. spec. L. II. Cap. V. §. IV. V. p. 454 sq. Belle et sapienter rem exponunt MEMOIRES pour servir a l'histoire de la Maison de Brandebourg: DISSERTATION: de la superstition et de la Religion ARTIC. III. p. m. 284: „Les religions peuvent être toutes „égales au Gouvernement, qui conséquemment laisse à un chacun la „liberté d'aller au ciel par quel chemin il lui plaît: Qu'il soit bon Ci- „toÿen, c'est tout ce qu'on lui demande. Caneat vero imperans, ne „plures in ciuitate toleratae religiones mutuis collidantur odiis dissi- „diisque, indeque turbae oriantur reipublicae semper exitiosae MR. DE MONTESQUIOU dans *L'Esprit des Loix.* Liv. XXV. Ch. IX. Tom. III. p. 15. „Lorsque les Loix d'un Etat ont cru devoir souf- „fir plusieurs religions, il faut qu'elles les obligent aussi à se tolerer „entre elles. C'est un principe, que toute religion reprimée de- „vient elle-même reprimante etc. „Il faut donc que les loix exi- „gent de ces diuerses religions non seulement, qu'elles ne troublent „pas l'Etat, mais aussi, qu'elles ne se troublent pas entr'elles.

2) De pactitiis hisce tolerantiae limitibus egregie exponit ISR. GOTTL. CANZIUS in *Disc. Moral. Omn.* DISC. IV. P. III. C. I. §. 2812 sq. Tom. II. p. 890. Saepe ratio ciuitatis poscit, vt vnica modo toleretur, vel vt auita sola permittatur religio. Anceps certissime est religionem archissime cum ciuitatis constitutione connexam, vel ei coëquam mutare ac eliminare. MONTESQUIOU *L'Esprit des Loix.* Liv. XXV.

Chap. IX. Tom. III. p. 16: „Un Prince, qui entreprend dans son  
„état, de détruire ou de changer la Religion dominante s'expose  
„beaucoup etc. „De plus la Religion ancienne est liée avec la Con-  
„stitution de l'Etat, et la nouvelle n'y tient point: celle-là s'accorde  
„avec le Climat, et souvent la nouvelle s'y refuse.

- 3) Ego quidem nec imperantis maiestate indignam, nec ecclesiae pernicio-  
niam esse existimo eiusmodi iurium collegialium ac socialium  
translationem. Rationem illius et opportunitatem luculenter de-  
monstrant ISR. GOTTL. CANZIVS in *Disc. Moralib.* DISC. IV.  
*Iur. publ. eccles. vniu.* P. I. C. IV. §. 2482 sq. T. II. p. 778 sq.  
CHRIST. MATH. PFÄFFIVS *Erl. des allgemeinen Kirchenrechts.* 1. Th.  
5. Cap. §. 9. p. 93. Cap. 8. §. 5. 6. p. 163 sq. V. C. IVST. CAROL.  
WIESENHAVER *Grundsätze des allgemeinen und Protest. Kirchen-  
Staats-Rechts.* 1. Th. 5. Cap. p. 32 sq. CHRISTIANVS LIBER in  
*der gründlichen Untersuchung der Collegial und Conventional Rechte der  
Kirche* V. Cap. p. 77. Sed apposite monet integer hic et candidus  
auctor, caute ea in re versandum; et imperanti leges administratio-  
nis esse praescribendas manusque ligandas.

## §. V.

## PACTA RELIGIONIS IN GERMANIA.

Pactis praecipue in Imperio Teutonico opus erat  
ad sopienda religionis iurgia dissidiaque, et definienda sa-  
crorum iura. Postquam enim sacrorum doctrinaeque emenda-  
tio bellum inter Imperii proceres civile excitauerat: pa-  
ctionibus animos iterum placari, mutuaeque religionis iura  
ordinari oportuit. Omnis igitur religionis in Germania  
constitutio mutuis statuum imperii conuentionibus est in-  
nixa ac superstructa. Quemadmodum igitur vniuersa Im-  
perii compages pactis continetur: ita religionis quoque  
systema in eo pactionibus est fundatum <sup>1)</sup>. Recte igitur  
iudicant, qui omne ius publicum Germaniae ecclesiasticum  
pure pactitium esse et conuentionale contendunt. Etenim  
siue tolerantiae arbitrium, siue bonorum ecclesiasticorum  
possessorum, siue reliqua sacrorum iura consideres, om-  
nia accurate pactis istis religiosis definita reperies. Emi-  
nent igitur inter religionis in nostro imperio pacta, I. AV-  
GVSTANA PAX RELIGIOSA. II. PAX VESTPHALICA  
OSNA-

OSNABRUGENSIS quae Legum imperii fundamentalium, et sanctionum pragmaticarum virtute pollent<sup>2)</sup>).

1) Omnes publicae Imperii leges, quae eius compages innititur, conduntur per modum pacti et conventionis. Innuit hanc pactitiam earum indolem formula imperii Recessibus solemnibus: „haben wir uns mit denen Ständen, und sie hinwieder sich mit uns verglichen. BVRG. GOTTH. STRVV. *Corp. Jur. Publ. C. XXIV. §. XXXVIII. p. 919. ILL. IO. IAC. MOSER deutsch. Staats Recht 1. Th. 1. Buch. IV. Cap. §. 2 sq. p. 47 sq.* Est is antiquus Germaniae mos ut leges conventionis instar sanciantur. Hinc leges pactus vel pacta saepius audiebant. CAROLVS DU FRESNE DU CANGE *Glossar. med. et infim. Latinit. Voc. Pactum, Pactus.* STEPHANVS BALVZIVS in *Notis ad Capitul. Reg. Franc.* Tom. II. Col. 994. IO. GE. ECCARD in *Comm. ad Leg. sal. et Rip.* p. 7 sq. Non repugnant conventionis legisque notionem. Leges sunt si vim et virtutem obligandi spectes; Pacta si sanctionis modum contempleris. Leges intuitu singulorum, pacta ratione civitatis vniuersae. ILL. IO. IAC. MASCOV *Princ. Jur. Publ. I. R. G. Lib. I. C. I. §. VI. p. 6.* HENR. CHRIST. ECCARD *Hermeneutic. Juris. L. II. Cap. II. §. XCVIII. Not. p. 402.*

2) Ita enim statuit *Pax ipsa Osnabrugensis* ART. XVII. §. 2. „Pro maiori etiam horum omnium et singulorum pactorum firmitudine et securitate, sit haec transactio Perpetua lex, et pragmatica Imperii sanctio. Ed. IO. LVD. ENGAV. p. 86. IVST. HENN. BOEHMER *diff. de sanctionum pragmaticarum indole et auctoritate. C. II. §. VIII. IX. Tom. I. Exerc. ad Pand. p. 458 sq.*

## §. VI.

PACTA RELIGIOSA INTER PRINCIPES IMPERII,  
ORDINESQVE PROVINCIALES.

Quamvis vero sacrorum in Germania ratio satis accurate et provide in istis pragmaticis imperii sanctionibus sit definita: penitus tamen earum scita et specialius determinanda censuerunt prouinciarum proceres. Ingens illorum in sacris tam emendandis, quam adornandis quondam eluxit auctoritas<sup>1)</sup>. Opus enim istud arduum pactis maxime illorum et conventionibus perfectum esse nouimus. Ratas eiusmodi omnes pactiones esse iussit pax Osnabrugensis, modo illis diserte et manifeste non sit derogatum, modoque anno normali non refragentur. INST. PAC.

OSNABRVG. *Art. V. §. 33.* „Pacta autem, Transactiones,  
 „conventiones, aut concessiones, quae inter tales imme-  
 „diatos imperii status, eorumque status prouinciales et  
 „subditos supra dictos de publico vel etiam priuato exer-  
 „cicio religionis introducendo, permittendo et obseruan-  
 „do antehac intercesserunt, inita et factae sunt, eate-  
 „nus ratae et firmae manent, quatenus obseruantiae dicti  
 „anni MDCXXIV non aduersentur; nec ab illis, nisi mu-  
 „tuo consensu recedere liceat; sed annihilatis omnibus  
 „anni MDCXXIV obseruantiae contrariis latis sententiis,  
 „reuersalibus, pacis, quibuscunque transactionibus. Mani-  
 „festa est pacis Vestphalicae sententia. Probat illa conuen-  
 „tiones circa religionem cum Ordinibus prouincialibus ictas.  
 Si mentem illius penitus rimeris, distinguit inter conuen-  
 tiones ante ipsam initas, et postea demum percussas. Illae  
 ratae aliter esse nequeunt, nisi anno normali respondeant.  
 Hae vero validae sunt, siue conformes, siue contrariae  
 existant ipsi paci. Indulget enim imperii principibus, vt  
 pactis cum Ordinibus prouincialibus sponte percutiendis  
 alia omnia statuunt, ipsumque decretorium annum in suis  
 ditionibus mutent, illiue surrogent alium. INST. PAC. OS-  
 NABRVGENS. *Art. V. §. 31. fin.* „Et haec omnia semper  
 „et vbique obseruentur eo vsque, donec de religione Chri-  
 „stiana vel vniuersaliter, vel inter status immediatos eo-  
 „rumque subditos mutuo consensu aliter erit conuen-  
 „tum ).

1) Ordines Prouinciales a dominis territoriorum, sacra emendaturis, in  
 consilium suffragiumque semper fuisse adhibitos, consensumque ro-  
 gatos luculentis exemplis euincunt illustres et doctrinae elegantissi-  
 mae viri: GE. DAV. STRVBEN *Obs. Iur. et Histor. Germ.*  
 IV. de *Statuum Prouincialium Orig. et Praecipuis iuribus*, §. XX.  
 Adp. T. de Iur. Villic. p. 152: *Nebenstunden 2. Theil 10. Abhandlung*  
 §. 21. p. 523. CHRIST. GOTTL. BVDER. *Amoenit. Iuris publici.*  
 Cap. III. p. 12 sq. Exemplum plane egregium suggerit Wurtember-  
 giae ducatus, in quo omnis sacrorum emendatio et constitutio pro-  
 cerum prouincialium consensu, suffragio, ope, consilio contigit.  
 Württembergische Religions-Urkunden in historischem Zusammenhang u.  
 Stuttgart. 1741. fol.

2) Fateor, difficilem esse quaestionem, vtrum annus decretorius pacto mutari possit, vtrumque conuentiones paci Osnabrugensi derogare valeant. Corporis Euangelicorum totius videtur interesse, ne annus normalis euertatur. Verum enimvero *Pax Vestphalica* Art. V. §. 31. istiusmodi pactiones ipsa probat, et anno decretorio renunciare possunt libere ii, quorum in fauorem est definitus. D. CHRIST. MATH. PFAFFIUS *Erläuterung des Prot. Staats-Kirchen-Rechts* P. II. C. V. §. 12. p. 351. ILLUST. GOD. DAN. HOFFMANNI, ICI Tubingensis, *Comm. de Die Decretorio* §. 35. N. 96. pag. 64. IVST. HENN. BOEHMER *Consultat. et Decis. Iuris Eccles. Resp.* VI. Qu. IV. p. 135 sq.

## §. VII.

## QVIS EIVSMODI PANGAT CONVENTIONES.

Percutiuntur vero eiusmodi circa religionem pacta inter *Dominum territorialem*, eiusque *status prouinciales*. Ut plurimum princeps reipublicae habenas capeffens sub regiminis auspicia ad conciliandos ciuium animos talibus adstringi, se patitur conuentionibus. Quandoque vero etiam euenit, vt eo potissimum tempore princeps ad pacta huius generis ineunda adigatur, quum sacris patriae repudiatis peregrinam adsciuit religionem. Constat inter omnes, quantopere istud principis consilium commoueat exterreatque ciuium animos. Quaeuis enim mala suae religioni metuunt ab imperante illam respuente. Placandi igitur ciues. Eximendus terror, metus, scrupulusque. Spondere igitur et sancte polliceri solent principes, religionis patriae desertores, istam sacrorum repudiationem religioni ciuitatis publicae fraudi non esse futuram, omniaque salua fore, facta, et incolumia<sup>1)</sup>. Nonnunquam Princeps etiam haeres religionis ergo cum Parente et Ordinibus Prouinciae nascitur. Quodsi enim ille Genitoris et reipublicae religionem detestetur, et peregrina adoptet sacra: vniuersa patria pauitabit, et cohorrescet, et de successore sacris reipublicae infenso quaeuis sinistra ominabitur facinora. Parens post sua fata religionis suae exitium aut mille calamitates praeuidebit praefagietque. Ordines Pro-

uin-

uinciae facile subolebunt, quid et quam iniquam fortem praestolari eos oporteat a principe, quem auitae religionis taedium cepit. Si igitur in genitoris gratiam redire, alienatamque a se prouinciam reconciliare gestiat princeps haeres; sanctissimis id efficere pollicitationibus poterit. Ostendendum igitur ac spondendum, publicae religioni nullum prorsus imminere periculum; se nil in illius exitium fraudemque moliturum, sibi que omnem abfuturum esse innouandi pruritum. Quod si neget, se ita cauere debere: Ciues et prouinciae Optimates tamdiu recusabunt suo tempore fidelitatis sacramentum, donec is sese legitimis eius pactis adstrinxerit, omnique eos metu liberauerit. Tale nuper exemplum contigit in *serenissima Gente Hassiaca lineae Cassellanae*. Postquam enim *Princeps* haeres *serenissimus* reuelauerat, sese ante aliquot annos ad Romanam ecclesiam esse reuersum: *Genitor*, *Princeps incomparabilis*, confestim Comitia procerum Hassiae Cassellanae prouincialium conuocat<sup>2)</sup>; filii principis reditum ad sacra Romana declarat, et, quam ratione securitati religionis emendatae consulendum sit, cum illis consultat. Quo facto Princeps haeres sanctione pragmatica, sollempni iureiurando firmata, constituit, pacem Osnabrugensem sancte seruatum iri, annum decretorium saluum semper fore, et omnem innouationem, omnemque infensam molitionem semper abfuturam<sup>3)</sup>. Pari modo etiam Agnati spondere solent, sacris alienis addicti. Horum quippe successionem timide praestolantur Ciues. Experientia enim eos edocuit et alieni exempli frequentia, quantopere adfligi et premi soleat religio sub principe illi inimico. Quo igitur ciuium dissipetur metus, adfectusque illorum alliciat: Agnatus non potest non sollempni stipulatione auitae religioni omnem polliceri securitatem. Interest subinde maximi, ut Corpus Evangelicorum omni liberetur suspicione. Quapropter tam huius, quam ciuium gratia consultum esse arbitror, publica eius generis sponcione omne sinistrum omen auerti. Sae-  
pius



pius etiam princeps reipublicae adhuc tenens gubernacula successorem adigit, vt, se adhuc superstite, religioni publicae nil imminere discriminis, adseueret. Luculentum eius rei exemplum praebet *Carolus Alexander, Wurtembergiae Dux gloriose memoriae*. Is enim superstite adhuc *Eberhardo Ludouico*, Duce regnante, animaduertebat, Euangelicos Imperii proceres, Circuli Sueuici status, Ordines Prouinciales, Ciues male ominari de eo, et religionis purioris in isto ducatu sinistra praedicere fata. Qua igitur erat animi magnitudine, reiteratis sponsonibus sancte confirmauit, statum religionis saluum seruatum iri atque incolumem, seque in illius fraudem et perniciem nil vnquam esse moliturum <sup>4)</sup>. Inprimis vero opportunam paciscendi de sacris occasionem praebent regiminis auspicia. Hoc inprimis tempore adigendi sunt principes, sacris peregrinis addicti, vt religioni ciuitatis publicae securitatem polliceantur atque tutelam. Saepius euenire nouimus, vt Ordines Prouinciae non praestent homagii religionem, priusquam sacris patriis satis cautum prospectumque sit <sup>5)</sup>. Quandoque principes promissorum obliti aliquid in fraudem religionis stabilitae suscipiunt, limitesque praefixos migrant. Tum murmurant, reclamantque Ordines. Principes vero ad illos expiandos non possunt non noua polliceri sponsonem, eiusmodi facinus molimenque semper fore cessaturum <sup>6)</sup>. Accidit etiam, vt Tutores, Curatoresque Principis minoris cum Ordinibus Prouinciae de religione paciscantur. Si enim sacra illi colant peregrina, proceres prouinciae caute agunt, dum etiam illos ad eiusmodi adigunt pacta. Cum igitur tutelam suscipiunt, non modo de principe minore sacris alienis non imbuendo, sed de seruando quoque religionis statu cauere tenentur <sup>7)</sup>.

1) Cum *Fridericus Augustus, Saxoniae elector*, vergente elapso saeculo in ecclesiae Romanae rediret gremium: Ordines prouinciales mox omni exsoluendos existimauit sollicitudine. Conuocatis igitur illorum Comitibus, sollempni sponsonem cauit, dominantis doctrinae puriori in Saxonia prorsus nullum imminere periculum, se nil innouaturum  
C nilque

nilque in illius exitium damnus moliturum fore. 10. CHRIST. LÜNIG. in *Corp. Iur. Saxonici* Tom. I. p. 345. vbi istas declarationes exhibet. Postquam *Princeps Saxoniae haeres* patris secutus esset exemplum: istae sponsones repetitae fuerunt noniterque corroboratae. *Rescript* Königs Friederich Augusts an Dero Evangelische Gesandtschaft zu Regensburg d. Dresden den 23ten Oct. 1717. fin. vbi: „Wir haben deshalb unsere sincere Meynung denen Evangelischen Puiſſancen „und Fürnehmen Fürstlichen Häusern zu eröffnen, auch durch öffentliche „Intimation unsere getreue Landschaft dessen allen von neuem zu assureiren nicht ermangelt. ANTON. FABRI *Staats-Canzley* Tom. I. XII. XIII. XXX. XXXI. Vbi omnia eo pertinentia documenta exhibentur.

- 2) Ordines Hassiae prouinciales in repurgandis et constituendis sacris magna semper auctoritate polluerunt. ILL. CHRIST. GOTTL. BV<sup>ND</sup>ER *Amoenit. Iur. publ. C. III. de statuam Prouincialium consilio et Concurſu in causis religionem concernentibus* §. XVI. p. 31 sq. ILL. IO. GE. ESTOR in *diff. de Comitibus et Ordinibus Hassiae Cassellanae Prouincialibus. C. VII. §. LXXXI. p. 51.*
- 3) Religions-Assecurations-Acte des Herrn Erb-Prinzen Friederichs von Hessen-Cassel. Cassel den 1. Oct. 1754. in ILL. IO. IAC. MOSERI *deutschen Staats-Archiv. 1755. 1. Theil 8. Cap. p. 164 sq.* Friuolis istam sponsonem cauillationibus nuper allatranit nescio quis iuris publici sane parum gnarus: „In Privat Gedanken über des Herrn Erb-Prinzen Friederichs von Hessen-Cassel Durchl. abgelegte Catholisches „Glaubens-Bekentniß, und deswegen geleisteten Eydes-Pflicht. 1755. Sed solidis istam scriptionem argumentis refutauit ILL. IO. IAC. MOSER in denen darüber gemachten Anmerkungen: *S. deutsches Staats-Archiv. 1755. 8. Theil 1. Cap. p. 188 sq.*
- 4) Carl Alexander Herz. zu Württemberg: Religions-Assecuration: d. Ludwigsburg d. 16. Dec. 1732. vbi „Und nun fast nicht zu zweifeln ist, es „dürfte eine löbliche Landschaft in Württemberg in dergleichen Kummer- „niß, Furcht, und Sorgen stehen: so fühlen wir uns in angebohrnem „Sinn für die Württembergische Landschaft und Unterthanen geneigt, und „aus tragender affection gleichsam gezwungen, dieselbe, als ein ehema- „len sehr weißlich angeordnet und bisher aufrecht erhaltenes Corpus re- „praesentatum des gesamten lieben Vaterlandes, von dererley Vor- „urtheilen und Meynungen bestmöglichst zu befreyen, und dieserhalb in „die behörige Ruhe zu setzen. 3. Carl Alexander zu W. Religions-Assecurations- Revers, Winnenthal, d. d. 28. Febr. 1733. „Und wir nun dieses Landschaftliche Desiderium und Gesuch, der Ob- „seruanz, denen Reichs-Constitutionen, und der Landes-Versaffung selbst, durchaus gänzlich gemäß und vor ganz billig befunden, daher „auch bereits dieserhalb einer ehrsamten Landschaft solch gebettene Assecuration wirklich ertheilet haben &c. &c. *Württembergische Religions-Urkunden p. 60-71.*

5) Ita

- 5) Ita cautum in der Religions-Assecuration Herz. Carl Alexander zu Württemberg. d. 16. Dec. 1732. „Dahero auch nach ermeldten Landes-Compactaten Prälaten und Landschaft des Herzogthums Württemberg keinem Regenten eher die Huldigung zu leisten schuldig und gehalten seyn sollen, bevor er nicht über alle diese Puncten fleiß, fest, und unverbrüchlich zu halten bey Fürstlichen wahren Worten Treuen und Glauben, sich formlich reuerfirt habe. Württembergische Religions-Urkunden p. 65. 86. Religions-Assecurations Acte des Herrn Erbprinzen Friedrichs von Hessen-Cassel Art. XVIII. „Sollen sämtliche Bedienten, und Unterthanen derer uns nach Gottes Willen anfallender Hessischer und übriger oftbeschriebener Lande beym Antritt unsrer Regierung die Huldigungs-Pflichten anders nicht, als zugleich auf gegenwärtigen Assecurations-Reuers an uns zu leisten verbunden seyn ILL. IO. IAC. MOSER deutsches Staats-Archiv. 1755. I. Th. 1. Cap. p. 179.
- 6) Ita Maria Augusta Tutrix filii serenissimi Caroli, Ducis Württembergiae, primam tonsuram filio natu minimo et confirmationem imperiendam per episcopum suffraganeum Constantiensem Stuttgartiae curauerat. Sed Ordines Prouinciales negabant, id salua pace Osnabrugensi, saluoque anno decretorio fieri posse. Datis igitur Litteris, quas vocant reuersalibus spondit Tutrix serenissima, pie defuncta, istum actum nunquam tractum iri in exemplum. S. in facto und Iure gegründete Anmerkungen über die Württembergische Grundfeste. p. 86. 1740. fol. Similiter filius, qui nunc ducatum Württembergiae mirifica moderatur sapientia, Serenissimus Carolus Dux Württembergiae Anno 1750. sollempnem processionem festo Corporis Christi in Vrbe Ludouico-politana instituebat, quam et Osnabrugensi Paci, et anno decretorio, et pactis ducatus publicis e diametro contrariam esse Ordines Prouinciales contendebant. Sanctissime igitur Optimus princeps Ordinibus Prouinciae confirmauit, se bona fide non infenso consilio istam sollennitatem celebrauisse, eamque semper in posterum esse cessaturam. S. Württembergischer Religions-assecurations Reuers d. Bayreuth d. 30. May. 1750. IO. CAROL. KOENIG. Select. Iuris public. nouiss. XXIII. Theil X. Cap. §. I. II. p. 360 sq. IO. IAC. MOSER Hanauische Religions-Berichte. Tom. I. p. 98. pag. 648.
- 7) Cum Maria Augusta, diuae memoriae, quam modo laudauit Württembergiae Dux tutelam filii minoris, cum proximo Agnato Carolo Rudolpho D. W. sacris repurgatis addicto, susciperet; subscribere prius eam oportebat omnibus defuncti mariti Caroli Alexandri reuersalibus sponsonibus, pactisque religionis ergo conditis. S. Acceptation und Versicherung der Durchl. Frau Obervormünderin Maria Augusta H. zu Württemberg über die Religions-Reuersalien und Compactaten 2c. d. Stuttgart 8. Nov. 1737. „daß Vorstehende von meines hochseligen „Herrn Gemals Liebden an gemeine Prälaten und Landschaft in Württemberg  
C 2

temberg ausgestellte Confirmation und reuersales, nach gehalten Rath, und genugsamer Belehrung, von mir als Ober-Vormünderin wohlbedächtelich und freywillig gutgeheissen, und hiermit zu einer Nichtschwur angenommen worden: Ein solches bezeuge mit eigenhändiger Namens-Unterschrift. ANTON. FABRI Staats-Cangley Tom. LXXI. p. 743. IO. IAC. MOSER Diplomatisches Archiv. p. 658. Würtembergische Religions-Verkünden p. 136. Statuum sane prouincialium circa tutelam principis ingens semper extitit auctoritas. ILL. CHR. GOTTL. BYDERI *Obs. Iur. publ. feud. Germ. Obs. X. de Concurf. Stat. Prouinc. Germ. in tutela et Cura Principum suorum.* p. 156.

## §. VIII.

QVOCVM PANGANTVR EIVSMODI  
CONVENTIONES.

Sicuti Ordines Prouinciales totius ciuitatis vice funguntur, et limitum pactitorum, queis principis imperium circumscribitur, custodes sunt: ita cum illis principaliter princeps religionis conuentiones pangere debet<sup>1)</sup>. *Pax Osnaburgensis* Ordines Prouinciales et subditos coniungit, iisque facultatem cum principe de sacris transigendi diserte tribuit. ART. V. §. 31. Vbi manifeste pacta probantur, queis Landfassen, Vasalli, subditique publicum vel priuatum religionis exercitium fuerunt consecuti. ART. V. §. 33. omnes pactiones, conuentiones, transactiones validas ratasque iubet esse, quas status Imperii cum subditis ordinibusque suis prouincialibus de religione percusserunt. ART. VII. §. 1. firmiter stare iubentur conuentiones pacta, priuilegia, Reuersales et dispositiones aliae, quibus de religione eiusque exercitio, et inde dependentibus, cuiusque loci statibus et subditis prouifum est. Totius igitur Prouinciae nomine Ordines paciscuntur cum imperante. Antiqui nimirum moris est, religionis negotia tractari in procerum prouincialium comitiis<sup>2)</sup>. Perinde vero est, vtrum cum singulis prouinciae optimatibus, an vero cum lecto illorum Concilio, dem engern Ausschuss eiusmodi percutiantur de sacris pactiones.

1) Equidem

- 1) Equidem IO. PET. DE LVDEWIG, quo post fata Halensis Academia superbit; in *Reliqu. MSS. Tom. IV. Praefat. p. 10. et in Iurib. feudorum. C. VIII. Qu. V. §. III. p. 465.* existimat, Ordines provinciales territorialis imperii consortes esse et socios. Imo *Perillustis* HENR. CHR. L. B. DE SENCKENBERG in *select. Iuris et Historiar. Tom. V. Praef. §. I. p. 4.* contendit, Ordinibus provincialibus eandem esse tribuendam auctoritatem, ac proceribus Imperii in Comitibus. Fateor mihi secus videri. Etenim nec Ordines provinciales comparandos esse credo cum proceribus Imperii; nec ipsis potestatis territorialis societatem consortiumque adblandiri audeam. Nil me ipsorum dignationi ac auctoritati detracturum condo, si limitum modo conventionalium custodiam ipsis concessero. Ita definit Ordines regni ISR. GOTTL. CANZIVS *Disc. Moral. omnib. Disc. II. Iur. publ. univ. P. I. C. VII. §. 1364. Tom. I. p. 406.* Quam notionem Ordinibus provinciae penitus convenire puto. Imperii focii sine iniuria principis vix adpellari posse videntur.
- 2) Inde a primis sacrorum emendatorum auspiciis caussae religionis in procerum provincialium Comitibus fuerunt pertractatae. Vix enim tanta rerum conuersio sine statuum provincialium ope nutuque contingere potuisset. Indigebant inprimis principes illorum subsidio ad bellum Smalcaldicum, cuius gerendi nervus ab ipsis erat obtinendus. Praeterea de bonis ecclesiae vel seculo addicendis et religione exsolvendis, vel puriori vsui dicandis non sine Procerum Provincialium consilio suffragioque statuere valebat princeps. Uniuersum igitur reformationis opus in omnibus Germaniae provinciis in Ordinum provincialium conciliis perfectum est. ILL. CHR. GOTTL. BVDER; *Amenit. Iur. publ. Cap. III. de statuum provincialium Consilio et concursu circa negotia religionis p. 12 sq.* ILL. GE. DAV. STRUBEN *Obs. Iur. et Hist. Germ. Obs. IV. §. 20. p. 195. Adp. C. de Iur. Villic.*

## §. IX.

## VARIA PACTORVM RELIGIONIS GENERA.

Perinde vero est, quomodo ista religionis pacta fiantur. Siue igitur *privilegii* speciem prae se ferant; siue stipulationis unilateralis et promissionis nudae instar percussantur; siue comitalis decreti indolem habeant, nil interesse censeo, si auctoritatem spectes et robur obligandi. Etenim *Pax Osnabrugensis ART. VII. §. I.* conventiones, pacta, privilegia, reuersales, omnisque generis dispositiones coniungit, illisque sine discrimine parem auctoritatem

tribuit. Facile decipit nominum, queis pacta huius generis insigniri solent, diuersitas <sup>1)</sup>. Anceps inprimis est *priuilegii* appellatio. Cum enim illud precariam habeat rationem: facile quis opinari posset, priuilegia huiusmodi religionis aequae debili et lubrico inniti fundamento. Enimvero si penitus rem rimeris, animaduertes pactitiam esse horum priuilegiorum naturam, eaque conuentionis instar, titulo plerumque valde oneroso, ab Ordinibus prouincialibus impetrari. Satis manifestum est, huius generis priuilegia non ab indultu et arbitrio principis pendere, sed auctoritatem et virtutem pacti habere, adeoque inuitis Ordinibus non posse vnquam reuocari <sup>2)</sup>. Status prouinciales satis care plerumque redimere debent eiusmodi priuilegia. Etenim modo tributa exigenti annuunt principi, modo aes alienum quo fiscus premitur, expungendum in se recipiunt. Princeps vero mutuam hanc acceptat conditionem, vt religionem saluam fore sartamque spondeat <sup>3)</sup>. Sponsiones illae, quas Reuersales vocant, haud secus validissime obligant. Quamuis enim vnilaterales modo promissiones esse, nec obstringendi vim videantur habere: sanctissime tamen seruari eas et ratio iubet, et *pax Osnabrugensis* praecipit. ART. VII. §. I. *Reuersalibus* etc. Eandem rationem habent idemque robur *Resolutiones*, quas appellant, *grauaminum*. Quum enim princeps querelis Ordinum prouincialium medelam adfert, querendique causam tollit: nouam excitaret commurmurandi ordinibus necessitatem, si promissis stare detrectaturus esset <sup>4)</sup>. Frequentior de religione paciscendi modus est is, vt *comitiale decretum* de sacris sanciat. Cum enim in procerum prouincialium conciliis sacra inprimis pertractari moris sit negotia, facile existimatum est, ibi principaliter de religione cauere solere et statui. Ista decreta comitialia robur virtutemque legum publicarum, sanctionumque pragmaticarum consequi atque fortiri solent <sup>5)</sup>. Quin et *ultima voluntates* ac testamenta, in quibus princeps de religione legem dicit sancitque, in pacta abeunt,

abeunt, et sanctionum pragmaticarum indolem nanciscuntur, si Proceribus Prouinciae proponantur, et ab his in vim pacti et Legis acceptentur 9).

- 1) Varias hisce pactis appellationes dedit diuersa illorum pangendorum ratio. Mox enim Religions-Verträge und Compactaten, mox Religions-Privilegien, mox Religions-Versicherungen und Reversalien, mox Erledigung der Landes- und Religions-Beschwerden audiunt. Caue, existimes, intuitu auctoritatis et roboris esse inter singulas istas sanctiones religiosas discrimen. ILL. IO. IAC. MOSER *diff. de Pactis et Priuilegiis circa religionem.* 1735. Francof. ad Viadr. 4.
- 2) Priuilegia alia ex sola principis proficiscuntur indulgentia, eaque precariae sunt indolis. Alia vero pacti et conuentionis instar sunt, tituloque oneroso adquiruntur, quae sane principi non magis licet violare, quam pactorum omnium sanctitatem. WOLF. AD. LAVTERBACH *Colleg. Theor. pr. Pand. L. I. Tit. IV. §. 53.* Tom. I. p. 76. NIC. MYLER AB EHRENBACH *L. de princip. et statib. Imp. C. XLIX. N. X.* IVST. HENN. BOEHMER *Diff. de finib. priuil. regundis. C. I. §. X. T. I.* p. 619. *Exerc. ad Pand. IO. GOD. SCHAVMBURG diff. de Priuilegiis Conuentionalibus 4.* SAM. STRYCK *diff. de Priuilegiis titulo oneroso quaesitis. Vol. VIII. Diff. X. p. 135.* Ed. Vlmens.
- 3) Priuilegia religionis admodum improprie ita vocantur, cum plerumque vera pacta existant. Onerosus saltem eorum stitulus satis manifeste adparet. GE. DAV. STRUBEN in den Nebenstunden 2. Th. IO. Abhandlung §. 29. p. 562 sq. IO. IAC. MOSER in den Anmerkungen über die Privat-Gedanken wegen der Religions-Versicherung des Herrn Erbprinzen von Hessen-Cassel 1755. 8. Theil 1. Cap. Art. IV. §. 8. p. 196. V. „Haben die Landstände grosse Summen Herrschaftlicher Cameral Schulden gegen die Versicherung der ungeändert beyzubehalten den Religions und Kirchen Verfassung übernommen. Exemplis prudens abstineo. V. IO. FRID. PFEFFINGER *Vitr. illustrat. L. III. Tit. XVII. §. LXXII. Tom. III. p. 1244 sq.*
- 4) *Litteris reuersalibus* spondetur, vel aliquid factum, vel omissum iri. ILLVST. CHRIST. AVG. BECK; Versuch einer Staatspraxis, oder Canzley-Übung aus der Politik, dem Staats- und Völker-Rechte. 3. Buch IO. Cap. Von Reversalien. p. 206. „Reversalien sind Urkunden, wodurch Staaten, und Regenten entweder selbst, oder durch ihre bevollmächtigte Minister sich verbinden, etwas zu thun, zu unterlassen, zu gestatten: oder auch versichern, daß eine geschene oder unterlassene Sache dem andern nicht zum Nachtheil gereichen solle. ILL. IO. IAC. MOSER Einleitung zu denen Canzley-Geschäften. 6. Buch II. Cap. Membr. 31. p. 411. vbi pragmatice de reuersalibus hisce differit

differit. Facile perspicitur, eiusmodi reuersales vim pactionis habere, et sanctissimam producere obligationem. *Instrum. Pac. Orn.* ART. VII. *Saluis pactis, reuersalibus.* IO. FRID. PFEFFINGER *Vitr. Illustrat.* L. III. Tit. XVII. §. LXXI. N. 6. p. 1245 Tom. III. III. DAV. GE. STRVBEN *Nebensunden.* 2. Theil 10. Abh. *Von Landständen.* §. 27. „Von der verbindlichen Kraft der von der Landes Herrschaft ausgestellten Reuersalien p. 552.

- 5) Egregium eiusmodi conuentionis comitalis exemplum praebent. I. *Württembergischer Landtags-Abschied* d. 19. Jun. 1565. Qua pactione inter Christophorum Ducem Württembergiae, ordinesque prouinciales percussa status religionis euangelicae in illo ducatu principaliter nititur. *Württembergische Religions-Urkunden.* p. 3. II. *Landtags-Abschied der Würtemb. Landstände.* d. d. 18. April 1739. III. Inprimis etiam huc referenda transactio, qua tandem inueterata iurgia inter Ducem Megapolitanum, et ipsius Ordines prouinciales confopita sunt; *Meklenburgischer Landes-Grundgesetzlicher Erbvergleich* d. d. Rostock d. 15. April. 1755. XXIII. Artikel. *Von Kirchen- und Pfarr-Sachen.* p. 240 sq.
- 6) Eiusmodi fuerunt testamenta. I. *Ludouici*, Ducis Württembergiae, A. 1587. d. 6. Martii conditum. *Württembergische Religions-Urkunden* p. 15 sq. Illud enim Legibus huius prouinciae fundamentalibus ideo accensetur, quoniam ab Ordinibus in vim pacti et pragmatice sanctionis fuit acceptatum. II. Patris *Christophori D. W.* Elogium supremum, quo religionis purioris securitatem stabiluit de A. 1566. quod recessui Prouinciali d. a. penitus insertum, adeoque a proceribus Württembergiae prouincialibus loco legis publicae agnitum fuit. *Würtemb. Religions-Urkunden.* p. 10. II. III. Testamentum *Ducis Eberhardi III.* Duc. W. d. 14. Mart. 1664. *Württembergische Grundgesetze: Beylage F.* p. 33. 37. *Würtemb. Religions-Urkunden* p. 48 sq. Similia quoque testamenta observantur in serenissima Gente Hassiaca *Religions-Reuersalien des Herrn Erbprinzens von Hessen-Cassel Pr.* „So ständen sich ihre Gnaden sowohl als Groß-Vatter und Chef dieses Fürstlichen Hauses Caslischer Linie an und vor sich selbst, als nach denen vorhandenen Fürst-Väterlichen Testamenten, Verordnungen, und andern pactis domus verbunden ic. IO. IAC. MOSERI *deutsches Staats-Archiv.* 1755. I. Theil 8. Cap. p. 165. Alia exempla breuitatis studium enarrare vetat. Pleniori ea calamo enumerat I. I. MOSER *im deutschen Staats-Recht.* 24. Theil. 3. B. 133. Cap. p. 413. sq.

## §. X.

## PACTA FAMILIAE RELIGIOSA.

Huc etiam spectare censeo pacta familiae, successio-  
nis vel negotiorum gentilitiorum ergo percussa, in quibus  
haud



haud raro de religione statuitur. Principaliter quidem in eiusmodi pactioibus de successione, de iuribus gentilitiis, de negotiis familiae disponitur. Quod si vero agnati diuersa sacra colant, consultum sane est, vt pactis religioni in successione euentum consulatur. Hinc de sacris quoque in eius generis conuentionibus solet caueri. Adeo frequentia sunt eiusmodi de religione inita familiarum illustrium pacta, vt exemplis copiose enarrandis supersedere queamus <sup>1)</sup>). Vnicum excitabimus, cuius incluta memoria est, et quod Corpus euangelicorum vi armisque nuper valide tuendum suscepit. Facile praeuidebis, celebre indignitari *Pactum Gentis Hohenloicae*, quod de seruando purioris religionis statu A. 1610. d. x. Nouembris *Oebringae* percussum est, et cuius sponsonem et Guarantiam Euangelici proceres susceperunt <sup>2)</sup>).

1) Complura eiusmodi pacta enumerant Euangelici Proceres in *ihrem* Vorstellungsschreiben an Kayserliche Majest. die übernommene Garantie des Hohelohischen pacti successorii et religionis betreffend. d. 25. April. 1725. *Perill.* EBERH. CHRIST. WILH. DE SCHAVRODT: „Vollständige Sammlung aller Conclusorum, Schreiben, und anderer Verhandlungen des Hochpreistlichen Corporis Euangelicorum. T. I. Voc. Hohenlohe. Concl. IV. p. 790 sq. Et pleniori adhuc calamo singularem illustrium Germaniae familiarum pacta eiusmodi recensent. ILL. IO. IAC. MOSER *im deutschen Staats-Recht.* 23. Theil III. B. 124. Cap. p. 3-182. IO. FRID. PFEFFINGER *Vitruar. illustr.* L. III. Tit. XX. §. 82. p. 206.

2) *Ista religionis conuentio Hohenloica exstat integra in* ANT. FABRI *Europ. Staats-Gangley.* 44. Th. Cap. 3. Adj. p. 211 sq.

## §. XI.

ROBUR ET AVCTORITAS PACTORVM  
RELIGIONIS.

Pactorum eiusmodi religionis vel inter ipsos status Imperii percussorum, vel cum Ordinibus prouincialibus ictorum, nec non litterarum reuersalium, et concessorum in vim pacti priuilegiorum eadem est vis, eademque auctoritas sanctitasque, ac si Pacis Osnabrugensis foederi inessent,

D

sent,

sent<sup>1)</sup>. Illud tamen discrimen supra obseruauimus, vt pacta ante pacem percussa Vestphalicam non valeant, nisi ipsi, annique normalis obseruantiae congrua existant. Contra vero, quae post foedus Osnabrugense fuerunt percussae conuentiones de religione, indiscretim ratae sunt et validae, siue anno decretorio conformes sint, siue eum mutant atque euertant. Manifesta est *Pacis Osnabrugensis* dispositio atque sententia. ART. V. §. 33. et ART. VII. §. I. nec aliam patitur interpretationem. Quo vero maior hisce pactis ac sponsonibus concilietur religio et sanctitas: non modo asseuerationum formulae, sed iusiurandum quoque accedere solent<sup>2)</sup>. Saepius Caesaris quoque impetratur confirmatio, quam consilii magis, quam necessitatis esse arbitror<sup>3)</sup>. Vt plurimum caueri etiam talibus in pactis solet, vt Ordines prouinciales subditique non teneantur prius se principi, regimen auspicanti, fidelitatis obsequiique religione deuincire, donec ille pactis religionis, priuilegiis, reuersalibus antecessorum subscripserit<sup>4)</sup>.

1) Sunt verba *Illustris* et summi publici iuris interpretis IO. IAC. MASCOVII in elegantissimis *Princ. Iur. publ. Imp. R. G. L. IV. C. II. §. XV. p. 395.* Ipsa *Pax Osnabrugensis* religionis negotia ad pacta eiusmodi remittit, et conuentionibus determinanda relinquit. ART. V. §. 31. „Siue certo pacto etc. fin. „Vel inter status immediatos eorumque subditos mutuo consensu aliter erit conuentum §. 33. „Pacta etc. §. 27. „inter subditos et dominum reluentem transigatur. ART. VII. *saluis tamen etc.*

2) E. g. Bey unsern Fürstlichen wahren Worten etc. Bey dem Wort der ewigen Wahrheit; und so wahr uns Gott helfe. S. Religions-Reversalien des Herrn Erb-Prinzen Friederichs von Hessen-Cassel. Pr. et Art. 19. in IO. IAC. MOSERI deutschen Staats-Archiv. p. 164. 180. Idem princeps sollenni iureiurando suam firmavit sponsonem. pr. Hierauf folgende eybliche declaration etc. §. I. Auf den darin gethanen Eyd. §. 19. „Wie wir uns darzu, bey dem Wort der ewigen Wahrheit, und „so wahr uns Gott helfe, nochmal auf das feierlichste, und unwieder- „rufflichste verbunden. IO. IAC. MOSER C. I. p. 164. 180. Quum imprimis anceps sit, cum Catholico principe pacisci de religione, cui nimirum ius Canonicum varias exceptiones et elabendi rimas commonstrat, cui etiam pontificis auctoritas eiusmodi pactionis veniam facere posset: adigi solet, vt omnibus iuris Canonici exceptionibus omnibus, benefi-

beneficiis, omnibus dispensationibus indultibusque pontificum sancte renuntiet. S. H. Carl Alexander zu Würtemb. Religions-Versicherung, d. d. 18. Febr. 1733. XV. Art. „Nebst renunciirung auf alle päpstliche Indulten, dispensationen, interpretationen, auch Begebung aller Beneficiorum restitutoriorum, dergleichen Exceptionis doli, per-suasionis etc. Würtemb. Religions-Urkunden. p. 71. Religions-Revers des Herrn Erbpr. von Hessen-Cassel. d. A. 1754. Art. 19. „So renun-tiren wir auch freywillig und wohlbedächlich, nach vorher dessfals ein-genommenen genugsamen Bericht, in der besten Form Rechts, allen und ieden uns etwa deshalb competirenden Rechten, Freyheiten und Privilegien, wie die Rabmen haben, oder gemeinet werden mögen; wie auch allen Canonischen dispositionen, Päpstlichen Absolutionen, Dispen-sationen, Edicten, und denen Principiis der Catholischen Clerisey, und versprechen hiemit nochmalen bey vorstehenden Eyd, und unsern Fürstlichen wahren Worten, Ehren, und Treuen u. IO. IAC. MO-SER deutsches Staats-Archiv. 1755. I. Th. 8. Cap. p. 110.

3) Proceres ducatus Württembergici provinciales omnium suorum privile-giorum pactorumue confirmationem a singulis impetraverunt impe-ratoribus. Würtemb. Religions-Urkunden p. 6. 44. 51. 57. Cum iidem ordines confirmationem suarum sanctionum peterent a CAROLO VII. d. m. is propria decretum scripsit manu: „Ihro Kayserl. Majest. haben die von dem Württembergischen Landschafilichen engern Ausschuss allerunterthgft. gebettene Declaratoriam allergnädigst bewilliget, wei-sen von dem Kayserlichen Reichshofrath die Acta Quaestionis quoad substantiam dem Westphälischen Friedens-Instrument; und denen vor-herigen ältern Württembergischen Haus-Verträgen, Compactaten etc. conform. befunden worden. ANT. FABRI Europ. Staats-Canzley Tom. LXXXVI. p. 636. ILL. IO. IAC. MOSER Staats-Historie Kayser Carl des VIIten. Tom. II. p. 44 sq. Neue Reichshofraths-Conclusa Tom. IV. p. 93 sq.

4) Ita cautum in S. Carl Alexander zu Würtemb. Religions-Versicherung d. 15. Dec. 1732. „Dahero auch nach ermeldeten Landes-Compactaten, Prälaten, und Landschaft des Herzogthums Würtemberg keinem Regen-ten eher die Huldigung zu leisten schuldig und gehalten seyn sollen, be-vor er nicht über alle diese Punkten frey, fest und unverbrüchlich zu halten, bey Fürstlichen wahren Worten und Treuen sich förmlich re-uert hat. Würtemb. Religions-Urkunden. p. 65. 82.

CCXXXIX  
232

XXVIII DE GVARANTIA FOEDERVM PACTORVMVE

CAP. II.

DE

GVARANTIA FOEDERVM PACTORVMVE  
RELIGIONIS ERGO PERCVSSORVM.

§. I.

GVARANTIA HVIVS' GENERIS CONVENTIONVM.

**P**raecipuum vero foederum pactorumue religionis praefidium in fideiufforia aliorum populorum sponfione collocatum esse videtur. Etenim ab aliquot inde saeculis mos inter gentes inualuit plerasque, vt foederibus inter se mutuis fide aliorum interposita robur sanctitatemque conciliare satagant<sup>1)</sup>. Foedera eiusmodi fideiufforia seu sponfiones, quibus gentes, foedera percussa sancte seruatum iri sua fide promittunt, auxiliumque contra violatores ac transgressores pollicentur parti laesae barbare vocantur Guarantiae. Inde prono deriuantur alieo axiomata: I. Guarantiam tam foederibus inter gentes percussis, quam ictis inter imperantes et illorum Ciues conventionibus accedere posse. II. Eam praestari ab omnibus, qui gaudent iure foedera percutiendi. III. Sponforem foederis non modo posse, sed teneri quoque, paciscentes quouis adigere modo ad foederis pactiue leges sanctissime seruandas. IV. Eundem denique implicito obstrictum esse foedere ad auxilium contra foederis pactique transgressorem laesae parti ferendum<sup>2)</sup>.

1) Mos ille gentium, mutuis sua foedera firmandi fideiuffionibus haud vetustus est, aeuoque demum inualuit recentiori. Olim alia longe ratione foederibus conciliata religio, et sanctitas. Iusiurandum ad reliquias et ossa sanctorum, Eucharistia, imprecationes, obligatio ad bannum et censuras ecclesiasticas, obsidum datio, aliaque eiusmodi fidei firmandae media tunc arridebant populis. *L'Abbé MABLY Droit public de l'Europe fondé sur les traités conclus depuis la paix de Westphalie.* Tom. I. Ch. II. p. 98 sq. Inprimis vero Ministeriales quondam, Vasalli, ciuitates spondebant, sese omnem daturos esse operam, vt dominus ipsorum foederis icti leges sanctissime custo-

custodiat. Imo nonnunquam pollicebantur, se dominum vi adacturos ad foedus seruandum, vel prorsus ab eo descituros, alterique pacifcenti auxilium laturos esse, si dominus foederis conditionibus non esset satisfactorus. MABLY. c. l. p. 99. 100 sq. ILLVST. 10. IAC. MASCOV. *diff. de iure foederum in imperio R. G.* §. XI. p. 15. 16. Nonnunquam ea lege feuda deprehendimus concessa esse, vt Vasallus sese Obsidem daret pro domino, vt pro illo fideiuberet et vadium sumpseret, seu *Plegium* se faceret, vnde illa feuda *Plegii* de quibus egregie differunt CAROL. DV CANGE *Glossar. med. et inf. Latin.* Tom. V. voc. *Plegium*. Edit. Benedictin. DENYS DE SALVAING *de l'Usage des fiefs etc.* P. II. Ch. 73. *des fiefs de Plejure.* ILL. 10. IAC. MASCOV. *L. de iure feudorum.* Cap. III. §. 44. p. 63. Cap. IX. §. XXII. p. 202. COMM. *de reb. Imp. sub Henrico V.* L. III. §. 54.

2) Guaranda sine dubio Teutonicae originis est, et ex corrupta voce *Gewehr* enata. Guarandus in mediæ aevi chartis monumentisque fideiussorem, sponsorem, vademque significat. Guarantia vero cautionem, sponsonem, fideiussionem denotat. CAROL. DV FRESNE DV CANGE *Glossar. med. et inf. latin.* Voc. *Guarandus.* Guaranda. 10. GE. WACHTER *Glossar. German.* Voc. *Gewehr.* Guaranda. Inde Guaranda Saxonici iuris, quae species Cautionis forensis et satisfactionis est. IVS PROVINC. SAXON. l. 63. III. 14. 10. GOTT. HEINNECCIUS, cuius manes ego perenniter colo, in *Elem. Iur. German.* L. III. Tit. V. §. 170. *Op. omn.* Tom. VI. p. 733. 10. RVD. ENGAV *Elem. Iur. Germ.* L. IV. §. XC. p. 698.

3) Foedera haec fideiussoria nobile non solum iuris gentium naturalis, sed positivi etiam ac Europaei argumentum ac caput constituunt. Inter iuris gentium vniuersalis interpretes nemo istud fufius solidiusque pertractauit *Perillustri* quondam CHRIST. L. B. WOLFIO in *Iure Gentium nat.* Cap. IV. §. 442-463. p. 362-375. Iuris gentium Europaeorum vero arbitrarij scita de illis pragmatice exponunt: 10. IAC. MOSEER in den *Grund-Sätzen des Europäischen Völkerrechts in Friedenszeiten.* II. B. 9. Capit. *Von geschlossener Traktaten Erfüllung und Garantien.* p. 561 sq. ILL. CHRIST. AVG. BECK in *Versuch einer Staats-praxis aus der Politik, dem Staats- und Völkerrechte.* 3. Buch 7. Cap. *Von Garantien.* p. 183.

## §. II.

## GVARANTIA FOEDERVM RELIGIOSORVM.

Sponsonis foederum religionis ergo percussorum exempla exstant locupletissima fatisque luculenta. Ita *Pacis Oliuensis*, omnino religiosae, fideiussionem primo ipsi

paciscentes sibi mutuo praestiterunt. ART. XXXV. Deinde separata sponfione eam custoditum iri, pollicitus est *Rex Galliae*. ARTIC. XXXVI. Denique peculiari conuentione ad eius se tutelam obstrinxit CAROLVS II. *Rex Angliae*<sup>1)</sup>. Sed nobis de sponfione *Pacis Osnabrugensis* primario videntum est. Heic iterum ipsi paciscentes promittunt, se Pacis modo percussae custodiam tutelamque susceperunt, violatores vero coërcituros, partique laesae opem auxiliumque laturos fore. INSTR. PAC. OSNAB. ART. XVII. §. 5. „Teneanturque omnes huius transactionis consortes, vniuersas et singulas pacis huius leges contra quemcunque, sine religionis distinctione tueri et protegere, et si quid eorum à quocunque violari contigerit laesus laedentem inprimis quidem a via facti debortetur, causa ipsa vel amicabile compositioni, vel iuris disceptationi submissa. §. 6. Veruntamen si neutro horum modorum intra spatium trium annorum terminetur controuersia, teneantur omnes et singuli huius transactionis consortes, iunctis cum parte laesa consiliis, viribusque, arma sumere ad repellendam iniuriam, a passo moniti, quod nec amicitiae, nec iuris via locum inuenerit. INSTR. PACIS MONAST. CAESAREO-GALLIC. Art. XVI. §. 115. 116. Huius igitur Pacis et pragmaticae Imperii sanctionis sponfionem ac fideiussionem susceperunt I. Omnes eius consortes, II. adeoque imperator et singuli Imperii status. III. Vtrumque tam Catholicorum Imperii quam Euangelicorum procerum Corpus. IV. *Rex Galliae*. V. *Regnum Sueciae*<sup>2)</sup>.

1) L'Abbé MABLY *Droit publ. de l'Europe*. Tom. I. Ch. II. p. 98. 10. IAC. ZIEGENHAGEN V. C. *diff. cultiff. de Obligatione foederum*. §. XXXIX. p. 60. De isto foedere sponfionis separato regis Angliae Caroli II. quo pacem Oliuensem in suam quoque tutelam recepit, quodque cum *Friderico Wilhelmo Electore Brandenburgico* percussit cf. SAMVEL L. B. DE PUFFENDORF in *Comm. de rebus Friderici Wilhelmi* L. IX. §. XXVIII.

2) Hancce sponfionis mutuae formulam pacis tabulis inferendam esse primum postularunt Sueci in dem formular in pcto Executionis et securitatis pacis d. XVII. Iun. 1648. Electores et principes in suis monitis ipsi sponfioni confestim annuerunt, mutatis quibusdam verbis, quae ipsis displicebant: *Erinnerungen des Fürsten-Raths nebst den Anmerkungen*

merkungen der Churfürstlichen Gesandten über den pectum Asseratio-  
 nis et executionis pacis. d. XI. Iulii 1648. „Ist man auch in dem per  
 „maiora einig, daß im §. Pax vero conclusa, die enumeratio Confor-  
 „tium huius transactionis, et protectorum praesentis pacificationis  
 „aus, und es bey denen ohne das im Proiect stehenden Worten: Om-  
 „nes huius transactionis confortes in Genere zu lassen seye. Vers. Ve-  
 „rumtamen etc. ponantur loco: Comprotectores: Confortes. Ita  
 tandem fideiussionis et Guarantiae formula fuit concinnata. 10. GOD.  
 DE MEIERN in den Westphälischen Friedenshandlungen und Geschich-  
 ten. Tom. IV. Cap. XLII. §. I. N. I. p. 5. XLIII. Cap. §. VIII.  
 N. I. p. 95. §. XI. N. III. p. 110. HISTOIRE du Traité de West-  
 phalie ou des negociations, qui se firent à Munster et à Osnabrug. par  
 le Pere BOUGEANT Tom. VI. Livr. IX. §. LXV. p. 139 sq. L'Ab-  
 bé MABLY Droit public de l'Europe Tom. I. Ch. I. p. 68. Ita ve-  
 ro generalis pacis Westphalicae Guarantia cum repetita, firmata, tum  
 specialius quoque determinata et executioni quoque pacis accommo-  
 data fuit in dem andern Friedens-Executions-Haupt-Recess. zu Nürn-  
 berg 1650. aufgericht. §. 66. „Als wird hiermit die in besagtem In-  
 „strumento pacis enthaltene Guarantia generalis durchgehends mit al-  
 „len und ieden ihren dispositionibus, assuranceibus, Clausulis und  
 „Verwahrungen, auch auf diesen Praeliminar- und Haupt-Schluß ex-  
 „tendirt, und mit gleicher Wirkung, Kraft, und Verbindung dahin ver-  
 „standen. CORPVS RECESS. IMP. NOVISSIM. Tom. III. p. 634.

## §. III.

## GVARANTIA FACTORVM RELIGIONIS.

Idem sponfionis foedus illis quoque de religione con-  
 uentionibus accedere potest soletque, quae inter principes  
 et status Imperii, eorumque subditos et Ordines prouincia-  
 les percussae sunt. Quin in illis quoque locum habet pactis,  
 quae inter agnatos de religione fuerunt icta. Exemplorum  
 eiusmodi sponfionum ingens est multitudo. Enarremus  
 saltim palmaria <sup>1)</sup>. Ita A. MDCCXX. Corpus Euangeli-  
 corum Guarantiam interposuit suam pactioni religionis er-  
 go inter Euangelicos Lutheranos et Reformatos Ducatus  
*Bipontini* incolas percussae d. 8. Iun. 1720. „Und dann beyde  
 „Theile bey dem Corpore Euangelicorum um desselben Garan-  
 „tie geziemende Ansuchung gethan: so hat man allerseits höchst  
 „und hohen Herrn Principalen davon den erforderlichen Bericht  
 „erstatt

„erstattet, und nach eingelangten Instructionen darüber in heutis-  
 „ger Conferenz geschlossen, daß die gebettene Garantie solchen  
 „Vergleichs von Corporis wegen um so mehr zu verwilligen und  
 „zu übernehmen, als beyde Theile zu ihrem Ruhm dadurch bezeug-  
 „get, wie sie in rechter brüderlicher Einigkeit mit einander leben,  
 „und andern zu guter Nachfolge, ein erbauliches Exempel geben  
 „wollen. Wird auch solchemnach hierdurch auf die beste und kräf-  
 „tigste Art und Weise, als immer geschehen kan, verwilliget und  
 „übernommen<sup>2)</sup>. Similiter Proceres Imperii A. C. addicti  
 „Omnes Conuentiones, Reuersales, et Sanctiones religio-  
 „nis Ducatus Württembergici in custodiam tutelamque suam  
 „susceperunt. I. *Conclus. Euang. Corp. d. 12. Jun. 1734.* die be-  
 „schehene solenne Acceptation der Herzoglich Würtemb. Reli-  
 „gions-Reuersalien und Assecurationen betreffend. 2. *Concl. in*  
 „*Confer, Euangel. d. d. 26. April 1738.* die Garantie der von der  
 „Fr. Herzogin und Obervormünderin Maria Augusta zu Würt-  
 „temberg ausgestellten Bestättigung ihres durchl. Herrn Gemahls  
 „Religions-Assecuration betreffend, sin. Gestalt dann auch Cor-  
 „pus Euangelicorum seines Orts, da es sich darzu nicht nur ver-  
 „möge der Reichs-Grund-Gesetze in Genere, sondern auch durch  
 „das mit weyl. Herrn Herzog Carln Alexander getroffene  
 „pactum in specie verbunden zu seyn erachtet, für die Conser-  
 „uation und manutention dieses Religions-Status auf Reichs-  
 „constitutions-mäßige Weise zu sorgen, und zu wachen nicht  
 „unterlassen wird,,. 3. *Concl. Euang. d. 29. Jul. 1750.* die Ga-  
 „rantie eines von Sr. hochfürstl. Durchl. H. Carln von Würtemb.  
 „an höchst dero Landstände ausgestellten Religions-Reuerses d. 30.  
 „Maji 1750. sin. „Vorüber Corpus Euangelicorum vi pacti  
 „perpetui et susceptae Guarantiae seines Orts ebenmäßig zu  
 „wachen, und zu halten nicht ermangeln werde,,. 3) Eadem ra-  
 „tione Corpus Euangelicorum fidem auctoritatemque suam  
 „interposuit Conuentioni *Gentis HOHENLOICAE: Oeringae*  
 „*d. x. Nov. 1710. percussae, cuius iam supra fecimus men-*  
 „*tionem: „Schreiben Corporis Euangelicorum an Herrn*  
 „*Grafen von Hohenlohe-Pfedelbach d. 29. Jun. 1723. samt bey-*  
 „gefüg:



„gefügetem Concluso, die Garantie über den Hohenlohischen Successions-Recess betreffend: *fin. Concl.* Also wollen und werden auch sämtliche der Augspurgischen Confession: Verwandte Churfürsten und Stände darzu iederzeit dero nachdrückliche heilsame Bemühungen und Officia anzuwenden sich nicht entziehen, und versichern hiemit, auf eingeholte Special-Instruction und Ordres, dero treugehorsamste Gesandtschaften Namens deroselben, daß mehrbenannte dero höchst und hohe Herrn Principalen, auch Obere und Committenten iederzeiten bey allen über kurz oder lang, wider besseres Verhoffen und Vermuthen entstehende Contraventions-Fällen sich des Werks, als ihrer gemeinen Sache getreulich annehmen, auch solchem nach mehrwohlbesagtem Herrn Grafen, und dessen hauptsächlich interessirten Evangelischen Herrn Agnatis, Landen und Unterthanen allen Reichs: Constitutions-mäßigen Beystand und Hülfe angeheißen lassen wollen, und werden. 4). Nouissimum eiusmodi Guarantiae exemplum praebet Corpus Euangelicorum in *Concluso* d. d. 18. Dec. 1754. quo sponsonem sanctionum et Reuersalium *Principis haeredis Hassiaci* suscepit: „Als ist in heutiger Conferenz (wie dann hiermit beschiehet) einmüthig festgestellt und beschlossen worden, im Nahmen höchst und hoher Herrn Principalen, Oberrund Committenten, nicht nur sothane Assurations-Acte und Reuersales, nebst dem daraus erhaltenen Rechte, auf deren unverbrüchliche genaue Erfüllung zu halten, feyerlichst zu acceptiren; sondern auch zugleich die Garantie, in Ansehung sämtlicher dabey interessirter zc. in bester Form zu übernehmen zc. )

1) Maiorem exemplorum multitudinem esflagitanti satisfaciet *Perill. CHR. EBERH. WILH. DE SCHAVRODT* Sammlung aller Conclusorum und Verhandlungen Corporis Euangelicorum: Indic. Voc. Garantie.

2) *EB. CHR. WILH. DE SCHAVRODT* Sammlung aller Conclus. Corp. Euang. III. Theil Voc. Zweybrücken N. IV. p. 852-858.

3) *ANTON. FABRI* Europ. Staats-Canzley Tom. LXIV. p. 208. Tom. LXXIII. p. 458. *IO. IAC. MOSER* Diplom. Archiv. p. 568. p. 659.

### XXXIV DE GVARANTIA FOEDERVM PACTORVMVE

EB. CHR. WILH. DE SCHAVRODT *Concl. Corp. Euang.* T. III. Voc. Württemberg N. I-III. p. 832-835. Würtemb. Religions-Arten den. p. 135. p. 139.

4) ANT. FABRI *Europ. Staats-Canzley* Tom. XLIV. C. III. p. 206-234. EB. CHR. WILH. DE SCHAVRODT *Concl. Corp. Euang.* I. Tom. Voc. Hohenlohe N. III. p. 788 sq. ILL. CHRIST. GOTTL. GEBAUER *diff. de iure Corp. Evangelic. valide intercedendi mutationibus anni Decretorii* Sect. IV. §. XII. p. 86.

5) ILL. IO. JAC. MOSER *deutsches Staats-Archiv.* 1755. 3. Theil I Cap. §. I. p. 372 sq.

#### §. IV.

#### QVIS GVARANTIAM RELIGIONIS EIVSMODI PACTIS INTERPONAT?

Ostenso harum sponfionum in pactis religiofis vfu, difpiciendum nunc erit, cuinam hifce conuentionibus in Germania fuam interponere liceat fidem. Videamus primo de exteris populis gentibusque. Dubia et vehementer difficilis mihi videtur quaefio, vtrum his quoque fas fit, pactorum inter principes imperii, illorumque fubditos ac Ordines percufforum fponfores fieri atque cuftodes? fubditis fane et Landfaffiis exterorum implorare auxilia, vix indulgebatur. Vetitae enim et prohibitae in *Capitulatione* Caefaris funt omnes populorum ac exterorum imperantium clientelae et protefiones <sup>1)</sup>. Ciues et ftatus Prouinciales ab Imperatore, minus vero ab exteris auxilium petere contra dominos debent. Facile igitur patet, Guarantiam exterarum gentium ratione pactorum inter proceres imperii horumque fubditos percufforum minus habere locum, quum illa gentem exteram obstringat ad opem contra dominum territorii ciuibus fubditisque ferendam. Verum enim vero ifta quidem dubia me non valent adducere, vt credam, pactis de religione inter proceres imperii eorumque ordines

nes prouinciales percussis aliorum et exterorum populorum sponfiones interponi non posse. Quum enim Pax Osnabrugensis eiusmodi pacta iubeat rata esse, sancteque seruari: eadem non vetabit, quominus eorum sanctitas quavis ratione firmetur corroboreturque. Deinde nulla est ambigendi causa, quin ipse princeps dominusque territorii paciscens exterorum imperantium sponfiones impetrare possit<sup>2)</sup>. Denique si quiuis populus religionis suae socios atque confortes tueri et contra iniurias vimque sacrorum causa illatam defendere valet: causam video plane nullam, cur populi et imperantes non possint spondere, conuentionem inter imperantem et alterius reipublicae Ciues initam, saluam fore, sancteque iri seruatum; curque gentes exterae alterius ciuitatis populo non possint contra iniuriam iniquitatemque domini et imperantis auxilium opemque polliceri<sup>3)</sup>. Neque vero *Capitulationis* prohibitio istis gentium exterarum fideiussionibus obstat. Etenim ea loquitur de Clientela et protectione Ordinum subditorumque seditiosorum ac rebellium; Vel eas saltim vetat damnatque litteras clientelares ac protectionis, quae Caesaris auctoritati, et statuum imperii potestati territoriali derogant. Pacis Osnabrugensis etiam exteri reges sponfores sunt; cum igitur illa Pax conuentiones religionis inter dominos et Ordines prouinciales percussas validas ratasque esse iubeat; isti reges harum quoque non possunt non existere sponfores. Nec insolitum est in Germania, vt exteri populi pactis Principum et Ordinum suorum religiosae Guarantiam impertiantur. Ita sponfionis religiosae Principis Hassiae haeredis Augustissimi Borussiae Angliaeque Reges custodiam tutelamque suscipere fuerunt rogati<sup>4)</sup>.

1) CAPIT. A. FRANCISCI I. Art. XXVII. §. 1. 2. 3. Vbi diserte subditis Ordinibusque Germaniae prouincialibus exterarum Gentium clientela, protectione, auxilio, imploratione interdicitur. Art. XXVIII.

§. I. „Wir sollen und wollen auch zu Verhütung allerhand simulaten, und daraus entstehender gefährlicher Weiterung nicht gestatten, daß die auswärtige Gewälte oder deren Gesante sich heimlich oder öffentlich in die Reichs-Sachen mischen. Imo *Capitulatio Leopoldi I.* ART. IX. expresse vetat Guarantias eiusmodi ab exteris interpositas: „Und nicht gestatten, daß einige mediat-Untertanen mit auswärtigen Potentaten und Republiken, oder anderwärtigen Reichs-Ständen, oder Dero Landstünden, und Untertanen einige Confoederation, Protection, Mediation, und Garantie, sub quocunque praetextu seu colore eingehen mögen. Verum in posterioribus Imperatorum Capitulationibus ista prohibitio omissa et abolita est. IO. IAC. MOSER in den Anmerkungen über K. Carl den VIIten Wahl-Capitulation. Tom. II. Art. XV. §. I. p. 452. In FRANCISCI I. *Capitulatione* ART. XV. §. 6. adhuc vetantur quidem omnia odiosa statuum provincialium et subditorum foedera, alle unziemliche häßliche Verbindungen ic. Quis vero hisce seditiosis subditorum conspirationibus accenseret Guarantiae eiusmodi foedera?

2) Ita Guarantiam Reuersalium Principis Hassiae haeredis tam genitor eius serenissimus, tum ipse Princeps quaesiverunt. Religions-Bersicherung des Herrn Erbprinzen von Hessen-Cassel *Pr. et Art. XVIII*: „Auch endlich über dieses alles, und daß demselben treulich in allem von uns nachgekoumen werde, solche Gewähr und Garantie, als unsers Herrn Vaters Gnaden, darüber auszubringen vor gut und rathsam finden, annehmen, und zum voraus hiermit angenommen, und uns derselben unterworfen haben wollen. Art. 18. Und wie wir unsers Herrn Vaters Gnaden anbey überlassen, über selbigen, und allen und ieden darinn enthaltenen Punkten solche Garantie, als Sie vor gut und diensam erachten werden, bevorab bey Ihro Königl. Majest. von Groß Brittanien, und von Preussen, auch von sämtlichen erbverbrüdereten Chur- und Fürstlichen Häusern, und sonstigen Evangelischen Staaten und Höfen auszubringen: so wollen wir uns solchem, ohne fernere Acceptation zum voraus auf das feyerlichste, und bündigste hiermit unterworfen haben. IO. IAC. MOSER deutsches Staats-Archiv. 1755. I Th. 2. C. p. 162. 179.

3) Licet omnino populo, alterius reipublicae ciuibus, religionis causa vexatis opem ferre auxiliumque. HUGO GROTIUS de *Iure Belli ac pacis* L. II. C. XXV. §. VIII. §. I. II. p. m. 715. IO. FRANC. BVD-DEVS *Exerc. de exped. Cruc.* §. XVI. *Sel. Iur. nat. et Gent.* p. 117 sq.

4) Id quod satis luculenter patet ex supra dictis. Nolum igitur cumulare exempla.

GVARANTIA CORPORIS EVANGELICORVM.

Inprimis vero pacta religionis in suam tutelam custodiamque recipit Corpus procerum, Augustanae confessioni addictorum. Aegre quidem indigneque id tulit aliquoties Caesaris Aula, cuius ea de re sententiam satis manifeste exposuit *Carolus VI. in Decreto*, quo Guarantiam Corporis euangelici pactioni Hohenloicae interpositam irritam esse iussit, et vehementer reprobauit<sup>1)</sup>. Etenim varia eiusmodi sponfionibus obmouet dubia, easdemque varias ob causas valere negat. Primo quippe Corpus Euangelicum peccare dicit in Capitulationem, qua omnes eiusmodi clientelae et protectionis species vetitae sunt. Deinceps auctoritati Caesaris, confirmandi eiusmodi pacta derogari et detrahi, contendit. Denique belli priuati inter proceres imperii licentiam per eiusmodi Guarantiae foedera iterum inualituram esse praedicit. Fallacibus hisce, sed leuibus dubiis facili respondetur negotio. Etenim *sanctio imperatoria auspicalis* ARTIC. XXVII. de aliis plane protectionum et clientelae speciebus statuit, easque solum vetat et reprobat, quas exterae gentes in perturbatis Germaniae rebus ab imperatoribus impetrarunt, vel quas plane vsurpauerunt. Multo minus vero imperatoriae auctoritati quicquam per eiusmodi Corporis Euangelici sponfiones detrahitur. Penes Imperatorem enim saluum manet arbitrium, eius generis Conuentiones confirmandi. Denique ipsa Pax Vestphalica et Recessus Executionis contra illius violatores arma sumere iubet. An igitur belli priuati, an diffidationum licentiam indulget? Quo imbecilliora haec sunt argumenta, eo grauiores sunt causae, ob quas Corpori Euangelicorum istam potestatem vindicandam esse existimamus<sup>2)</sup>. Guarantiam foedus esse nemo dubitat. Pax

XXXVIII DE GVARANTIA FOEDERVM FACTORVMVE

vero *Osnabrugensis* ART. VIII. §. 2. *fn.* statibus imperii potestatem tribuit, quaeuis foedera ad sui conseruationem percutiendi, modo nec imperio sint fraudi futura, nec ipsam violent pacem Osnabrugensem. Quum igitur Guarantia Factorum eius generis religiosorum ad Pacis Vestphalicae custodiam pertineat: facile patet, nullam esse causam, cur reprehendi damnarique possit. Deinde dum *Pax Vestphalica* omnes huiusmodi conuentiones religiosas iubet esse ratas: non potest non probare sponsiones, queis sancte illas seruatum iri promittitur. Similis est Sanctio *Capitulationis nouissimae* ART. VI. §. 4. „So viel aber die Stände des Reichs „belanget, solle denenselben allen, und ieden das Recht Bündniß „unter sich, und mit Auswärtigen zu ihrer Sicherheit und Wohl- „fahrt zu machen dergestalt frey bleiben &c., qua satis clare statibus omnibus et singulis ius foedera pangendi adseritur<sup>3)</sup>. Sponsiones Corporis Euangelicorum praeterea eo magis probandae videntur et admittendae, quo certius est, Pacis Osnabrugensis, anni decretorii, et status euangelicae religionis curam custodiamque illi inprimis incumbere. Corpus denique Euangelicum tenetur iamiam Guarantia Pacis Vestphalicae generali. Cur igitur idem non possit specialem interponere sponsionem illis pactis de religione percussis, quae Pax Vestphalica ipsa probat et iubet esse valida? Postremo Corpori sane procerum emendatis sacris addictorum ea iura non possunt denegari, quae singulis adseruntur imperii statibus. Nemo vero dubitat, hisce esse integrum, fidem interponere suam ac sponsionem tam ictis exterorum populorum foederibus, quam pactis inter proceres imperii, eorumue subditos et Ordines percussis<sup>4)</sup>. Ut nil de vsu et obseruantia iugiter vigente nunc commemorem. Id tantummodo adhuc monendum duco, Corpus Euangelicorum eiusmodi Guarantiam non sponte ac vltro suscipere, sed implorari solere vt plurimum ab ipsis principi-

cipibus, vt suam illorum pactis et reuerfalibus fidem auctoritatemque interponere velit. 3).

1) ANTON FABRI Staats-Gezley Tom. XLIV. Cap. III. N. IV. p. 232 sqq. Vbi duriusculis verbis istam sponzionem reprehendit Caesar: „Gleichwie aber solches ein abermaliges und zwar ein solches Unternehmen sey, wodurch nicht nur alle einem Römischen Kayser gebührende Obrist-Lehnherren und höchstgerichtliche Iura, Macht, und Befugniß, nebst dem Friedens-executions-Recht, und Cura legum publicarum etc. wo nicht völlig darnieder gelegt, doch zum wenigsten empfindlich angetastet, und allenthalben die Thür zu denen so mühsam abgestellten innerlichen Befehlungen, und völligen Umsturz des Reichs, samt dessen innerlicher Verfassung eröffnet, oder vielmehr durch Einstechung fremder Potenzen mehr, als zuvor erweitert würden.

2) Solidissimis argumentis et rationibus praeslitam Guarantiam defendere, et ius suum eiusmodi pactationibus suam interponendi sponzionem vindicare annisi sunt Proceres puriori doctrinae adscripti: in Dero allerunterthgsten Vorstellungs-Schreiben an Kayserl. Majest. die über das Hohensohische Religions- und Successions pactum geleistete Garantie betreffend. d. d. 28. April. 1725. in EB. CHRIST. WILH. DE SCHAVERODT *Conclus. et Decr. Corp. Euang.* 1 Theil. Voc. Hohensoh. N. IV. p. 790 sq.

3) 4) Facultas foedera pangendi coaeva est libertati statuum. IO. IAC. MASCOV. *Princ. Iur. publ.* L. IV. Cap. IV. §. VII. p. 410. *Diff. Iure foederum in Imp. Rom. G.* §. XXIV-XXX. Guarantiae facultas tam belli, quam foederum iuribus cohaeret, et ab imperii proceribus frequenter fuit exercita. Corpori igitur Evangelicorum imperii procerum ea potestas prorsus abiudicari nequit. EB. CHRIST. WILH. DE SCHAVERODT Tom. III. *Conclus. Corp. Euangelic. Praefat.* p. 6. vbi acute et solide de illa Corporis Evangelici potestate differit. Egregium eam in rem est monitum principum, quae Offenbaci celebrata sunt Comitiorum: MONIT 3. „Daß der regierende Kayser nicht hindere, daß Evangelische Churfürsten und Stände ihre, und ihrer Religions-Verwanten, nach dem Religions- und Westphälischen-Friedens-Schluß hervorgebrachte Religions-Rechte, und Verfassung einander garantiren, und sich untereinander selbstn dabey schützen zc. S. MONITA der zu Offenbach versamleten alt-Fürstlichen Häusern circa ecclesiastica d. d. 18. Octobr. 1741. Mon. 3. in EBERH. CHRIST. WILH. DE SCHAVERODT *Conclus. et Decret. Corpor. Euangelic.* Tom. III. Voc.

**XL DE GVARANTIA FOEDERVM PACTORVMVE.**

Voc. Wahl-Capitulation N. I. p. 781. IO. IAC. MOSERI deut-  
sches Staats-Recht. 10. Theil 3. Buch 13. Cap. §. I. p. 279.

5) Guarantia eiusmodi pactorum efflagitantur ab Evangelico Corpore  
MEMORIALE des Graf von Hohenlohe-Pfedelbach an das Cor-  
pus Evangelicum wegen angeführter Garantie über den Hohenlohi-  
schen Religions-Recess, d. d. 20. April. 1720. „Also habe nicht wei-  
tern Aufschub nehmen wollen, Ewr. Excellenz: wie auch meine  
„hoch- und vielgeehrte Herren dienst- und freundlich zu ersuchen, bey  
„dero hohen Herrn Principalen, Obern und Committenten mit dero  
„vielgütigen Vorwort mir dergestalten zu statten zu kommen, damit  
„dieselbe respective gnädigst, gnädig, hochgeneigt, und günstig geru-  
„hen wolten, mir nicht allein in meinem geziemenden und billigmässi-  
„gen Gesuch mit dero ansehnlichen Garantie, über oft-mentionirtes  
„pactum, vermittelst einer gewöhnlichen Garantie-Alte förderfamst  
„zu willfahren ic. ANT. FABER in der Europ. Staats-Canzley.  
44. Theil. 3. Cap. N. I. p. 209. sq. Perinde vero est, vtrum Prin-  
ceps diserte petat eiusmodi pactorum Guarantiam, an vero eorum  
tabulas, datis simul reuerfalibus, Corpori Evangelicorum exhiben-  
das curet. S. Herzog Carl Alexander zu Württemberg Revers ge-  
gen das Corpus Evangelicorum d. d. 27. März 1734. ANT.  
FABER in der Staats-Canzley 64. Theil. p. 181. Würtemb. Reli-  
gions-Urkunden p. 129. Religions-Revers des Herrn Erbprinzen  
von Hessen-Cassel an das Corpus Evangelicum. d. 28. Oct. 1754.  
in IO. IAC. MOSERI deutschen Staats-Archiv. 1755. I. Theil.  
8. Cap. p. 181.

§. VI.

OBLIGATIO ET EFFECTVS EIVSMODI  
GVARANTIAE.

Restat, vt de Obligatione et efficacia eiusmodi Spon-  
sionis fideiussoriae pauca adferamus. Sponsor foederis pa-  
ctique pollicetur, eius leges sancte seruatum iri. Obstrictus  
igitur sit necesse est ad omnem nauandam operam, quo pa-  
cto et foederi satisfiat, et eius violator coerceatur. Im-  
ploratus proinde parti laesae auxilium ferre opemque tene-  
tur<sup>1)</sup>. Videamus primo de exteris Pacis Vestphalicae Spon-  
soribus, eorumque obligatione. Cauendum quidem, ne exte-



exterae gentes sese imperii negotiis ingerant. Sponsio Pacis Vestphalicae egregium Regibus Galliae et Sueciae praetextum suggerere possent, sese immiscendi Germaniae diffidiis causisque<sup>2)</sup>. Fateor externos pacis Osnabrugensis sponsores eo obtentu facile abuti posse. Nihilominus tamen arbitror, eorum implorari posse auxilium officiumque, si pax Vestphalica violetur. Cautè, vero et prouide heic versandum esse facile existimabis. Comminati aliquoties sunt proceres Euangelici, se exterorum pacis Vestphalicae sponsores auxilium esse imploraturos<sup>3)</sup>.

1) Eximie prorsus de sponsores obligatione et officio commentatur B. IO. CHRIST. L. B. DE WOLF *Iur. Gent. Natur.* Cap. IV. §. 443 sq. p. 363.

2) Hinc *Electores* nonnulli monuerunt A. 1745. *Art. XXVIII. Capitulationis* §. I. hanc inferendam esse cautionem: „So wehlig unter dem Vorwand einer obhabenden Garantie, als sonst. Alii monuerunt, eum ita concinnari debere „Noch darzu der in seiner Waase obhabenden Garantie einigen Friedens-Schlusses mißbrauchen, als worüber und wie dem kräftigst vorzubeugen: wir uns mit Churfürsten, Fürsten und Ständen, so bald möglich eines standhaften Schlusses vergleichen wollen. IO. IAC. MOSER *Beylagen und Anmerkungen über Francisci I. Wahl. Capitulation.* 4. Theil Art. 28. §. 1. p. 337. Sponsores exteri Vestphalicae pacis non possunt religionis sese Germanorum iurgis ingerere, nisi in casu pacis violatae, et implorati illorum auxilii. *Illust.* IO. STEPHAN PÜTTER *Elem. Iuris Publ.* I. R. G. II. L. II. C. IV. §. 721. p. 339 sq. SALOM. NIGARDI *Disquisitio Iurium et obligationum, quae circa pacem Vestphalicam in I. R. G. competunt Regi, ac regno Galliarum.* 4. Lugd. Bat. 1750.

3) S. *Conclufum des Evang. Corporis in den Pfälzischen Religions-Beschwerden* d. 9. Febr. 1700. „So könne ein Evangelisches Corpus nicht vorbey, sondern seye im Begriff, die Sache an Kayserliche Majest. ein Corpus Catholicorum, die Garants, Compacifcenten, und Interessenten des Westphälischen Friedens gelangen zu lassen: Item, Erklärung des Freyherrn von Bözelar im Nahmen des Evangelischen Corporis an den Churfürsten von der Pfalz d. d. 27. April. 1700.

**XLII DE GVARANTIA FOEDERVM FACTORVMVE**

„Zu welchem Ende dasselbige genöthiget wird, zuvordruff an ihre  
„Käyserl. Majestät, und das Reich sich zu wenden, dann auch bey  
„denen übrigen hohen Compaciscenten, und Guarans: ingleichen bey  
„denen, in dem Westphälischen Frieden eingeschlossenen, und bey des-  
„selben Aufrechterhaltung interessirten Cronen und Puissancen, welche  
„samt, und sonders vermög des Westphälischen Friedens, zu dessen  
„Garantie contra quemcunque, sine religionis distinctione verbun-  
„den seynd, von denen erleidenden offenbaren Contrauentionen, die  
„Nothdurfft anzubringen, und derselben Garantie und Assistenz zu im-  
„ploiren. EB. CHR. WILH. DE SCHAVRODT *Concl. et Decret.*  
*Corp. Euangel. II. Tom. voc. Pfalz. N. XVIII. p. 335. N. XXI.*  
*p. 337. IO. IAC. MOSER deutsches Staats-Recht. 1. Theil 1. Buch*  
*19. Cap. §. 96. p. 406. CHRIST. MATTH. PFAFFLVS Erläu-*  
*terung des allgemeinen und Protest. deutschen Staats-Kirchen-Rechts*  
*2. Theil 8. Cap. §. 13. p. 426. D. IVST. CAROL. WIESEN-*  
*HAVERI Grundsätze des allgemeinen und Protestantischen deutschen*  
*Staats-Kirchen-Rechts. 2. Theil. IV. Cap. VII. Abschnitt. §. 12.*  
*p. 321.*

**§. VII.**

**EFFICACIA GVARANTIAE A CORPORE EVANGE-  
LICORVM PRAESTITAE.**

Corporis Euangelicorum duplicem monstrauimus  
Guarantiam, generalem quippe, qua vniuersam Pacem  
Vestphalicam, annumque normalem tuetur, alteram vero  
Specialem, pactis et sponfionibus statuum Imperii particu-  
laribus interpositam. Virtute prioris Guarantiae Corpus  
Euangelicum Pacis Vestphalicae sanctitati et obseruantiae  
sollicite inuigilat, et eius violationibus valide intercedit.  
Media tuendae pacis alia sunt amica, alia vero violenta  
et subsidiaria. Vtraque satis definita sunt in Pace Osna-  
brugensi, in arctiori modo exequendi, in recessibus, queis  
executionis ratio est determinata. Nolim heic vulgaria  
de istis mediis praecepta recoquere. Pactorum religio-  
nis

nis custodia eadem est, ac Pacis Vestphalicae. Tentatur amica dissidiorum compositio. Imploratur Imperatoris auxilium; sequuntur Intercessoriae, quas vocant, litterae, adhibentur retorsiones: Tandemque ad violentum armorum devenitur remedium.

- a) Totum hocce argumentum ideo plene solideque pertractavit ILLVSTRIS GE. CHRIST. GEBAYER in eruditiss. diss. de *lure Corporis Evangelicorum valide intercedendi mutationibus anni Decretorii*. 4. Goett. 1752. ut mihi nullum plane relictum sit ea in re spicilegium. Taedet vero expilare aliorum scrinia. Molo abrumpere filum. Mox opportuna erit occasio alio loco difficiliora huius doctrinae Capita fusius et elegantius explicandi. Haec ad discipulandum sufficiant.



ARTICULUS PRIMUM DE REFORMATIONE

in ecclesia christiana esse, ac facta, et factura  
esse, ut in christiana ecclesia, in quibusdam  
rebus, secundum doctrinam, quae vocatur, litterae  
adhibere, ut scilicet: In rebus, quae ad  
rem salutem pertinent.

¶ Item, hoc, quod in christiana ecclesia, in  
rebus, quae ad rem salutem pertinent, in  
rebus, quae ad rem salutem pertinent, in  
rebus, quae ad rem salutem pertinent, in  
rebus, quae ad rem salutem pertinent, in  
rebus, quae ad rem salutem pertinent, in  
rebus, quae ad rem salutem pertinent, in  
rebus, quae ad rem salutem pertinent, in



